

- 23 An debita jurata subiacent huic dilationi.
- 24 Quid de debitis cum obligatione Camerali.
- 35 De septuagenaria, & de beneficio c. Odoard. remissum.

D I S C. CLII.

Cum a moderno tempore in Urbe sequuta esset introductio, vel renovatio dilationum quinquennialium, quae concederentur per Iudices debitoribus ob consentum maioris partis creditorum ad terminos text. in l. fin. c. qui bon. ced. poss. & l. majorem ff. de Partis, hinc exercendo munus Advocati, frequentes fuerunt occasiones scribendi, quandoque pro debitoribus dilationem petentibus, & quandoque pro creditoribus eam denegantibus, atque se opponentibus, postquam vero casus dedit ut diversim in hac Romanae Curiae scena personam gererem Auditoris Papae Innocentii XI. in malo rerum statu quia debitorum calumnia in immensum crevisset ob diversa subterfugia de quibus alibi agitur, & praesertim hoc eod. tit. disc. seq. & sub tit. de judic. in annot. ad disc. 18. agendo de attentatis, & inhibitionibus, & disc. 40 agendo de cautela Angeli, si ve de tertio fe opponente executioni, ac etiam in annot. ad disc. 29. in relatione Curiae agendo de relaxatione, ac de alimentis carceratorum, ac de dilationibus, vel non gravetur per aliquos Magistratus, & Iudices concedi solitis, praesertim vero in magno excessu crevisset ista introductio dilationum quinquennialium, adeo ut longe deterior effecta esset conditio creditorum, quam debitorum cum notabili praedictio Reipublicae, & commercii, Hinc ex debito officii oportuerit aliquos adhibere rigores, praesertim circa exirpationem istius introductionis dilationum quinquennialium, eas nempe, quae per decreta interlocutoria absque causae cognitione concessae essent revocando, ac mandando procedi ad executionem mandatorum tali dilatione non obstante, quoniam si a talibus decretis ex pluries insinuato stylo praesertim disc. 36. de judic. iidem Iudices reponere poterant multo magis id a me fieri posse credidi tanquam Ministro Supremi Principis ex causa publicae utilitatis, ac necessitatis pro restitutione commercii, & Iustitiae, respectu vero earum, quae essent concessae per sententiam diffinitivam, assignare consuevi competentem terminum ad exhibendum acta pro earum justificatione, atque ubi comperti cessare justificationem, ut pene in omnibus contingit, idem decernere consuevi, quod bonum nimirum Reipublicae proficuum effectum produxit, ac propterea si ve in uno, si ve in altero munere de hac materia frequenter agere occasio praebuit.

Plures itaque fuerunt puncti, vel articuli, de quibus actum esset ad effectum inspiciendi, an haec dilationes adhuc non concessae deberent concedi, vel denegari; si ve concessae revocandae essent, & praesertim. Primo quomodo consentus a maiori parte creditorum praestandus esset, an scilicet per necesse debebat esse collegiatus tanquam a corpore politico, si ve universali, vel sufficere ille, qui singulariter, ac divisim praesertur. Secundum quoniam creditores computari debeant ad constituendam maiorem partem, quae valeat ad hunc effectum minori parti non consentienti praedictare. Tertiū, quoniam sint requisita necessaria, ut maior pars minori praedictet; Et quartū, quae debita huic dilationi non subiacent quamvis omnia ejus requisita verificentur, adeo ut ob qualitate debiti intret limitatio regulae generalis; quae dilationis validitati assistat.

Pro dictorum autem articulorum, & aliorum, totiusque materiae regulatione, ad illud generale praemissum advertebam sub diversis materiis frequenter, semper vero oportune, ac utiliter insinuatam, prorsus nempe erroneum esse cum terminis dictarum legum generaliter in omni casu procedere, si ve cum auctoritatibus DD. agentium de materia non distinguendo loca, & tempora, aliaque circumstantias, cum principaliter procedi debeat cum legibus, vel styliis, ac moribus locorum, vel respectivē tribunalium iuxta ordinem insinuatam disc. 35. de judic. & alibi frequenter, ideoque applicando ad rem advertebam, quod in Curia Romana, de qua agebatur, deberet reflecti ad Tribunalia, a quibus hujusmodi dilationes essent concedendae, vel concessae.

Ubi namque agatur de concessis, vel concedendis in foro Capitolino, in quo servantur statuta Urbis, tunc cum istis principaliter esset procedendum, ideoque cum adit particulare statuta cap. 16. lib. 1. in quo de ista dilatione agitur eique certa praescribitur forma, ut scilicet (sunt verba

praefata) non admittantur nisi qui fatalia damna, calamitates, & fortuitos casus, vel alia adversa post contracta debita incurrisse docuerint, & tunc de consensu maioris partis creditorum; Lutores autem, dilapidatores, fraudatores omnes, & qui scientes se solvendo non esse, multiplicia debita contraxerint, omnino excludantur &c. Declarando insuper, ut illi veniant in creditorum numero qui se veros creditores esse delato calumniosum iuramento legitimis documentis, vel per idoneos testes docuerint, & chorographos autem Creditores nisi scripturae tempus continent, & sint trino, vel saltem bino teste notate, numerum non faciunt, omnibus collusionibus, & fraudibus penitus exclusi, & deprehensi autem in aliqua fraude, fisione, vel mendacio indigni omnino habeantur &c. Mandando etiam, ut teneatur ad delationem bireti viridis, in capite publicae, & palam, & discooperi, ut ab omnibus videri possit, quodque alias reperti absque illo, dilatio non suffragetur, nisi idonee caveant de solvendo in fine dilationis, quod casus ad praedicti bireti delationem non teneatur.

Iustam itaque, beneque ordinatam esse dicebam hanc legem, quodque ubi ejus requisita verificentur, admittenda esset dilatio, nullus vero debeatur, casus, quod in foro Capitolino iuxta hanc formam concessa esset cum peno omnes essent Tribunali Vicarii, & aliaque Tribunalis Auditoris Camerae, in quibus hanc forma neglecta fuit: ex eo fundamento, quod istud statutum tanquam ordinarium in dicto Capitolino foro tantum attendi deberet, non autem in praefatis aliis Tribunalibus, in quibus upore huic statuto non subiectis procedi debeat cum praedicta dispositione juris communis.

Verum in hoc discutiente habebam contra hujusmodi dilationes, quae ista forma neglecta essent concessae, ubi praesertim ageretur de civibus incolis, & districtualibus secularibus eidem statuto subiectis, quatenus tenenda esset opinio moderna parum quidem probabilis, ut ea non ligent Clericos & Ecclesiasticos, ex his, quae frequenter alibi insinuata sunt, quoniam licet legi non subiaceret Iudex, ei tamen subiaceret partes, ideoque probabilibus, cum eis illa servanda videretur, potissime accedentibus considerationibus, de quibus proxime infra, ex quibus etiam cum clericis, & aliis dicto statuto non subiectis idem servandum esse pro meo tempore advertebam, quodque erroneum esset procedere cum terminis generalibus dictarum legum, vel cum iis auctoritatibus, quae illarum dispositione attenda, generaliter loquantur.

Si quidem antequam prodiret istud statutum in ea forma, quam hodie habemus iuxta modernam reformationem sequentam sub Gregor. XIII. cum in Urbe idem vigeret abusus huic caelo fortē magis, quam aliis connaturalis debitorum calumniantium, atque de facili fidem violantium, per Apostolicas Constitutiones diversorum Summorum Pontificum, & praesertim per illam Pauli III. Bullario veteri Sixti V. Constitutione 70. & aliam Julii III. eodem Bullario veteri Conf. 29. omnes dilationes, & Moratoriae prohibentur; Ac propterea statutum in parte ex eis deproptum videretur, tanquam earum innovativum pro omnibus tribunalibus, omnibusque Civibus, Incolis, & districtualibus, cujuscumque qualitates, & conditionis, etiam Ecclesiastici, dum eo tempore attento Curia in ea residebat, ut statuta Urbis tanquam Papalia omnes ligarent, cum exemplo Ecclesiasticorum proveniat a quadam pro meo 9 iudicio parum probabilis, ac supersuetiva opinione moderna, ex deductis disc. 22. & 143. de dote, & disc. 35. de judic. & alibi pluries.

Atque in omnem eventum observabam, quod ubi etiam iuxta dictam modernam opinionem ista lex statutaria censenda esset mere laicalis, & attendenda in solo foro Capitolino, adhuc tamen cum in iure communi non reperitur expressae cautionis super qualitate debitoris isto beneficio digni, necne, ac etiam super qualitate creditorum, & quantum in calculo veniant, pro regulatione maioris partis, atque probabilis ex eisdem juris communis sensu eadem requisita consideranda veniant; Hinc sequitur, quod ista lex attendi debeat tanquam doctrina magistralis magis auctoritatis eo modo, quod a. disc. 35. de judic. & alibi pluries habetur de legibus Civitatum, vel ditonum adjacentium, ut attendi debeant in iis casibus, in quibus lex particularis expressa non habeatur, multo igitur magis, ubi agatur de lege eisdem loci quamvis diversi fori eodem modo, quo generaliter per Canones disponitur, ut etiam cum personis, vel causis Ecclesiasticis stante lege Ecclesiastica, seu Canonica attendatur lex civilis secularis. Et per consequens concludo-

cludebam, quod attentis praesertim praefatis Constitutionibus Apostolicis clarus error videretur, eis dictoque statuto neglectis, clausis oculis, atque cum sola traditione ad instar testium de auditu nullam scientiam causam habentem de more procedere cum dispositione, ac generaliter praedictarum legum civilium.

Ceterum, ubi etiam cum dicta generalitate procedendum esset ubilibet, etiam extra Curiam Romanam, & Ecclesiasticam ditionem, adeo ut dictae Constitutiones attendendae non veniant; Quatenus pertinet ad primum punctum, vel articulum ex quatuor supra distinctis super modo scilicet, & forma consentus praestandi pro maiorem partem creditorum, an ille debeatur esse collegiatus ad formam universitatis legitime, ac servatis servandis convocatae, vel potius sufficere singularis, quia nempe creditores (ut frequentius de facto praescribitur) singulariter, disjunctim in diversis locis, & temporibus se subscribant alicui folio super hac dilatioem efformato, advertebam quod magis communis sensus DD. deducto ex littera text. in d. l. fin. c. qui concedere poss. esse debet collegiatus, & ad formam universitatis, adeo ut intret dispositio text. in l. 2. ff. quodcumque univ. nov. cum concordant. de quibus in materia electionis sub tit. de Canonici, & Capitolio, & alibi pluries, & praesertim sub tit. de jurejurat. habentur de maiori parte praedictae minori, illamque ad se attrahente, ut alii relatis habetur apud Gratian. discept. 222. Scannarol. de visitat. carcerat. lib. 3. §. 1. cap. 2. num. 14. & seqq. pagina 412. Rocch. in notabil. post 2. vol. consil. tit. de doccor. notab. 73. num. 215. Rot. apud Coccin. decif. 440.

Et merito quidem attenda etiam ratio, quae pro meo genio, ac sensu in omnibus principaliter attendenda venit, quod scilicet ista dilatio, quae non a Supremi Principis Indulgentia, sed a consensu maioris partis provenit, illi rationi innixa est, ut inter creditores quaedam Societas inita videatur quodque corpus sociale tanquam universitatem constituens ita determinet, quid magis eis expediat, ut ita subsistendo debitorum, cumque non suffocando valeat iste profsequendo negotiationem ditari, ejusque conditionem reddere meliorem, atque creditoribus satisfacere; Et per consequens actus debet esse collegiatus ad formam universitatis legitime convocatae, ex eadem ratione, ex qua in Capitulis, & Collegiis, aliisque corporibus politicis, vel universalibus, non attendatur actus singulares, quia nempe in ipso Collegio, vel Capitulo examinentur causae, & rationes impellentes potius ad unam, quam ad aliam determinationem, quodque prudentes considerationes, quae a paucioribus fiant etiam ab uno, trahere possunt omnes, vel eorum maiorem partem, quamvis alios haberet sensus.

Et quavis ista opinio, quae recepta est pro regula limitationem recipiat, ubi contraria vigeat consuetudo, ut habetur apud eisdem superius allegatos, attamen talis consuetudo, utpote in jure exorbitans, atque continens limitationem regulae in dubio non praesumenda; iustificari debet cum illo rigore, de quo disc. 21. de judic. & disc. 30. de benef. & alibi, ut scilicet probetur non in casu praeselo, & indiviso, atque non extendatur de casu ad casum, vel de loco ad locum, eaque habet requisita necessaria quando sit contra jus, iuxta distinctiones, de quibus disc. disc. 21. de judic. ideoque non sufficit, quod ita quandoque de facto fuit servatum nisi de frequenti, & pluries in contradictorio iudicio canonizata fuerit, quod nimium difficilis probationis videretur.

Quo vero ad secundum punctum super qualitate creditorum, & quoniam computari debeant ad effectum constituendum maiorem partem, quae praedicti minori, extra omnem dubium praesupponenda est creditorum veritas tam de facto, quam de jure, quod scilicet sint veri, non autem ficti, & collusivi, ac fraudulentis, ut frequenter effingi solent, ac etiam sint legitimi exceptione non elidibiles; Iste quoque certus tenetur praesupposito, videndum quodque venit, an in iis creditoribus, qui sint veri tam de facto, quam de jure adit illa fraus affecurationis, quae frequenter praedictari solet, quia nempe aliqui habent pignora occulta, vel alias occultas cautiones, ac propterea ad aliorum supplantationem fingunt dare istum consentum, ut non semel praedictari vidi, cum pariter absque dubio isti venire non debeant in calculo. Cessante vero ista, vel consimili fraude, adeo ut omnes sint veri, ac sinceri tam de facto, quam de jure, adhuc in facti contingit pluries disputari, an eisdem debitoris uxor, & creditrix ex causa dotis in calculo ponenda esset, atque pro affirmativa deduci solebat do-

Arina, quae unica videtur Scannarol. d. tract. de visiti. carcerat. lib. 3. §. 1. c. 2. n. 12. pag. 412. quam pro consuetudine pragmaticorum aliqui Iudices magnificare solebant, utpote punctualem sine contradicatore iuxta illam propositionem, quae supra doctrina punctualis habetur d. disc. 35. de judic. Verum id mihi videbatur parum probabile; Tum quia constanter matrimonio mulier verē creditrix restitutionis dici non potest, sed solum affecurationis ob vergentiam viri ad inopiam; Tum etiam, quia in isto creditore argere videtur eadem ratio, quae supra consideratur in illis creditoribus, qui habent pignora, vel alias cautiones, adeo ut illis praedictet dilatio, quoniam dicta ratio magis adaptatur mulieri, quae neque patitur incommodum dilationis, ut patitur dicti creditores affecurati, dum interim cum viro vivit, ideoque nullum adesse videtur probabile fundamentum, cui dicta auctoritas innixa sit, magnaque est conversio fraudis, & collusionis verisimilitudo, vel suspicio potius pro frequentiori saltim contingendo adesse.

Ad hoc etenim, ut major pars, adinstar actuum collegialium ut supra praedictet minori, opus est ut omnium vocalium aequalis conditio fit, eorumque aliqui proprium non foveant interesse ob quod fiat actus, per quem alii, non autem ipsi praedictentur, ac propterea habetur quod si major pars creditorum anteriorum consentium dilationi in persona tantum non autem in bonis, super quibus libera sit facultas faciendi executionem, id non attenditur ob illam congruam rationem, quod anteriorum consentium nil interest concedi dilationem, dum eis remanet consultum super bonis, in quibus alios vincunt ex deductis 18 per Grass. de except. c. 32. n. 19. Muscarell. in prox. p. 4. verbo petenda n. 17. Franch. dec. 179. n. 9. Ideoque facti potius quam juris videtur haec inspectio ex particulari casuum qualitate, & circumstantiis decidenda, an scilicet adsit, nec ne omnimoda aequalitas praedicti, atque cesset omnis suspicio fraudis.

Ubi verō seclusa dicta inaequalitate praedicti, adit inaequalitas in tempore, & anterioritate, vel posterioritate, intrat quaestio an major pars posteriorum apta sit praedictare anterioribus, quamvis minorem partem constituent, ubi etenim sunt aequales, tunc cessat ratio dubitandi, cum ita de plano intret praefata ratio negotii socialis ex deductis apud Farinac. q. 95. n. 5. & seqq. Rocch. respons. 11. lib. 2. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. q. 136. n. 7. sed ubi adest dicta inaequalitas, tunc si major pars esset anteriorum, minor verō posteriorum pariter nulla videtur cadere probabilis dubitandi ratio magnaeque adesse dicitur sinceritatis bonaeque fidei argumentum, dum ex dilatioe majus resultat praedictum anterioribus, qui facilius possent satisfieri; In casu verō converso quod major pars a posterioribus constituitur quaedam ratio seu discursus naturalis oppositum suadere videtur, quoniam ex illis paucis bonis, quae p. r. debitori omnibus non idoneum possideantur, possunt satisfieri anteriores, quibus per debita postmodum contracta praedictari non debet. Contrarium autem est magis receptum apud DD. ideoque in ratione auctoritativa receptum est pro regula, ut haec distinctio non admittatur in dilatioe, sed solum in remissione partis debiti, ex iis quae antiquioribus relatis habentur apud Farin. d. q. 95. n. 10. & seqq. Grat. d. discept. 222. n. 15. & seq. Scannarol. de visiti. carcerat. lib. 3. §. 1. c. 2. n. 9.

Id autem verum est quando bona fides exurberet, quia nempe ex justo motivo creditores pro maiori parte ita expedire determinent, iuxta considerationes de quibus infra in sequenti inspectione requisitorum, circa quam sufficere debet relatio ad superius recensitum Statutum Urbis, quod ex vera juri medulla nimirum iudiciose fundatum est, ut scilicet commiseratione, iustaque exactione dignus census veniat, tum in causa vel occasione debiti, ut non ex vitiosis, vel imprudentibus dispositionibus sed ex justo motivo sit contractum, puta ex causa negotiationis iuxta communem negotiatorum usum, aut pro arte agraria, si ve ex alia specie industriae, tum etiam ut ex inopia, inperatoque infortunio vel casu id proveniret, adeo ut debita sint contra da de tempore quo contractus probabiliter credebatur sperabat se esse idoneum, secus autem si de tempore quo debita contraxit, recte sciebat se esse obstratum, ejusque bona iam absorpta a debitis, cum tunc videatur specie illius furti implici, quod sub truffae vocabulo solet explicari, ut propterea intrare debeat actio criminalis, atque praedictari assumptum, ut qui non habet in aere luer in corpore.

Ac etiam desiderari videtur alterum requisitum in eodem statuto

21 **Statuto** consideratum, quod verificetur superius recensita ratio cujus dilationis introductio innixa est, quod scilicet magis expediens iudicetur hanc dilationem concedere, ut ita debitor non deoquat, sed continuare possit negotiationem, vel inductionem, ex cuius beneficio idoneus effici valeat, secus autem ubi, ut iuxta frequentem contingentiā sequitur, procurerit hanc dilatio ad solam commoditatem, quodque intererit debitor luxuriari valeat, atque consumere illud momentum quod possideat.

22 **Dubitari** autem solet an inter hujus dilationis requisita recententem sit illud cautiois, quam debitor prestare tenetur de solvendo debita post illam expirantem, & an illa esse debeat fideiussoria, vel sufficiat juratoria, & supra quo ea consueta dignosci videatur opinionum varietas, quam penē in omnibus experimur, presertim verō circa distinctionem, que magis communiter dari solet inter dilationem, que sine consensu creditorum concedatur à Principe, vel alio majori magistratu hanc potestatem habente; Et istam quæ concedatur de consensu majoris partis creditorum, ut in priori specie cautio requiratur de forma utpotē demandata per text. in d. l. si C. qui bon. ced. poss. Secus autem in hoc posteriori; Verum advertetiam quod in hoc puncto cadeat consuetus error pragmaticorum procedendi cum generalitatibus, cum verius deferendum veniat casuum tribunalium stylis, vel quod ex singulorum casuum circumstantiis decisio regulando veniat.

23 **Demum** quoad quartum, & ultimum punctum, que scilicet debita huic dilatioi subjaceant, & presertim an debita jurata, ut patet ex desuper collectis presertim per Fenzon. ad Statutum 161. Urbis, & alibi generaliter, & indefinitē voluit hujusmodi debiti non subjacere cuiquam, quæ dilatio sive de una specie agatur, que conceditur per Principem, sive de altera, de qua in præsentia agit, concessa per majorem partem creditorum, Altera verō opinio distinguit ut in prima specie non comprehensio intret ex ea ratione, quod Princeps secularis non potest disponere super juramento eiusque vim tollere. Neutra tamen opinio placet atque probabilis videtur quod ubi sive una, sive altera species dilationis legitime concessa sit, quia nempe prima species habet iusta motiva, & requisita, de quibus supra, prior verō exigat iuxta unam opinionem copulativum concursum supremæ potestatis, & iuste causę iuxta verō alteram habeat solam requisitum supremę potestatis iuxta ea que circa potestatem Principis tollendi ius tertii habentur *dis. 148. 177. de regal. & alibi* quod juramentum non obstat ex eisdem rationibus de quibus supra hoc *cod. tit. dis. 10. & sub tit. de dot. dis. 143.* & alibi, quod scilicet non sit tollere vim juramenti directe, eique dispensare, atque juramentum ab eius vinculo absolvere, sed solam sit suspendere, vel respectivē tollere illas actiones, illaque remedia, quæ pro coactione debitoris manant ab ipsa lege laicali positiva, cui potest supremus Princeps tanquam lex animata derogare, seu dispensare, ita subrahendo beneficium ab ipsa lege concessum circa primam speciem, circa verō alteram resultantem à consensu creditorum, quemadmodum isti possunt debitum totum remittere, & commodum isti possunt debitum cur non possint dilationem donare, ita non videtur cur non possint dilationem concedere, dum jurata obligatio præcisè adimplenda est, volente eo, cui adimplementum est promissum, secus autem eo remittente, vel suspendente, nil obstante quod id procedat cum volentibus, non autem cum nolentibus, & dissidentibus; Quoniam quando consensus majoris partis legitime præstitus est in forma collegiati, & tanquam à corpore politico seu universalis ut supra, tunc iuxta ea, quæ in materia electionis, vel præsentationis in actibus universalibus, & collegiatis habentur in *dis. tit. de Canon. & Cap. & in altero de jure patron. & alibi*, major pars attrahit ad se minorem, adeo ut dicatur, vel fingatur gestus ab omnibus iure illius impliciti mandati, quod in rebus socialibus, vel communitatis penes majorem partem adesse dicitur.

24 **Solet** quoque retrinigi quando agatur de debitis contractis cum obligatione Camerali ex collectis ab eod. Fenzon. ubi sup. ubi concord. ex ea ratione, quod hujus obligationis formula continet generalem, & amplam renunciationem, omnibus dilationibus, aliisque beneficiis; Ac propterea inferitur iuxta unam opinionem quod non suffragetur beneficium Cap. Odoardus, & alterum septuagenariæ vel simile ex deductis hoc *cod. tit. dis. 118. & seqq.* & alibi, sed pariter id videtur parum probable, presertim in hac secunda specie dilationis de consensu, ex eadem ratione de qua supra, super juramento quoties tenenda sit dicta

opinio magis communiter recepta pro regula, ut ad effectum istius dilationis, quæ concedatur de consensu majoris partis, non attendatur inæqualitas ratione anterioritatis, vel posterioritatis, aut alterius privilegii; Ubi etiam inæqualitas attendenda veniet, tunc sicut posteriores non possent præjudicare anterioribus, vel posterioribus, sive chirographarii hypothecariis, vel non privilegiati privilegiantibus, ita desistunt iuramento vel obligatione camerali, aut alia æquipollenti cautela non possent præjudicare illis, qui hanc prerogativam habent. Verum in dispositionibus de quibus supra non fuit opus affumere ex professo hanc inspectionem, quia difficultas cessabat in radice, quod scilicet dilationes in genere essent malè concessæ, eisque requisita non verificarentur.

ROMANA ALIMENTORUM.

Discursum in Congregatione reformationis Tribunalium.
De Alimentis per creditorum suppeditandis debitori Carcerato, eorumque taxa, de quibus supra *dis. 118.*

SUMMARIUM.

- 1 **O**ccosio scribendi.
- 2 **Quando** debitori carcerato nullo modo debeantur alimenta per creditorum.
- 3 **Distinguantur** inspectiones.
- 4 **De usu** jam recepto in Curia præstandi hæc alimenta.
- 5 **Vnde** proveniat iste usus, & quod non sit de jure.
- 6 **De legibus** aliquorum Principatum disponentibus de his alimentis eorumque taxa.
- 7 **Quomodo** in Curia dantur Carceratis criminalibus.
- 8 **Dantur** plura exempla probantia quod taxa unius Julii sit excessiva, quodque sufficit medietas.
- 8 **Resolutio** Congregationis reformationis.

D I S C. CLIII.

Invaluit in Curia usus infirmatus supra *dis. 118. & dis. 29.* in relatione Curie, ac etiam obiter *dis. 70. de serv. & alibi* quod Creditor debitori pauperi carcerato suppeditare debet alimenta solita taxari ad rationem unius Julii singulis diebus, quodque creditore negligente id agere Congregatio Vistationis, si de eius mandato Præses carcerum cum relaxat cum aliqua dilacione ad solvendum, inhibitionem eidem concedendo nō molestetur, & quæ inhibio non præstationem alimentorum nuncupari solet; Cum autem experientia doceret quod id foret debitorum proterviam, quoniam libenter in carceribus vivebant, ut ita otiosam, hilareremque vitam ducerent à creditoribus bene provisi, adeo ut eos potius irriterent; Hinc eversus ego ad minus Auditoris Papæ, atque copiens jam relaxatum iustitiam instaurare, ultra alias provisiones de quibus super dilationibus quinquennialibus hoc *cod. tit. dis. præc. & sub tit. de judic. dis. 18.* super moderatione, vel inefficacia quarundam inhibitionum de quibus ibi, agnoscendo quod ista nimium commoda provisio alimentorum, calumniantium debitorum malitiam foret, decernerē cæpi, ut illa ad solam, ac præcisam necessitatem nature decerni deberent in solo pane, & aqua vel in dimidiata taxa medietatis, & Julii qualibet die, atque Congregatio vistationis, & Præses carcerum id ægrè ferrent, quasi quod esset violare dictum usum jam receptum, hinc oportuum censui supra hoc puncto, & perlicite aliis convocare Congregatio Reformationis tribunalium Urbis, præ quo edidit discursum tenoris ut sequitur.

Agitur de hoc themate cum præsupposito, quod non agatur de creditore paupere, sed idoneo, & de debitorie qui non mereatur dici dolose, & commiseratione indignus, qualis est ille, qui de tempore contracti debiti erat jam pauper, recteque scribat ad solvendum se idoneum non esse, itaut nullum medio tempore sit passus infortunium, & multo magis ubi debitum contraxerit pro vitiosis dissipationibus, non autem ex justa necessitate, vel quod cum iniustis dilationibus, & cavillationibus creditorem defatigaverit, antequam ad Carcerationem deveniret, quoniam iuxta Constitutionem B. Pii V. eandemque reformationem iuxta Constitutionem exaudiendus est. Eodem modo quo iste debitor nullatenus exaudiendus bene disponit Statutum 165. super dilacione quinquenniali bene dispositum Statutum 165. Urbis *lib. 1. de quo hoc cod. tit. dis. præc.*

Præsupposito itaque quod agatur de debitorie non doloso, qui in hoc exaudiri mereatur; hæc super dicto themate

mate cadunt inspectiones; Una in genere an ista creditoris obligatio sit juridica, & aliquid habeat legis, vel Canonum fundamentum; Et altera super hujusmodi alimentorum taxa, & quantitate.

Quamvis autem prima inspectio superflua videatur cum hodie in Curia receptissimus sit iste usus, utpotē canonizatus tam per Bullam B. Pii V. per quam id præsupponitur, quam per alteram Pauli V. super reformationem, ac etiam per motum proprium Urbani VIII. occasione statuenti quod alimenta Hebræorum non à Christianis creditoribus, sed ab ipsorum hebræorum Universitate suppeditari debeant, ita circumferendo firmata per Rotam *dec. 269. p. 4. rec. tom. 2.* per quam firmatur, ut ista æquitas etiam à Judicis prædicari deberet, adeo ut punctus in genere, cessante dolo ut supra, non admittat disputationem. Adhuc tamen congruit hoc inspicere ad effectum regulandi alterum punctum taxæ, vel quantitas, quoniam ubi dignoscatur, quod id non sit de Jure, sed potius proveniat ex quadam æquitate exorbitanti à Jure per Doctores inducta, non debeat large procedi in taxa, vel quantitate, sed potius strictè, & rigorosè, ne multiplicentur exorbitantię, & specialitates contra nota, recepta Juris principia.

Nullibi itaque cautum id reperitur, sed potius oppositum solumque id per Doctores desumi consuevit ex dispositione text. in l. Judice C. de Episc. quædam, qui loquitur de Judice, ut providere debeat ne Carceratus fame pereat, ut patet ex deductis per Gamb. *dec. 262. num. 3.* bene Valach. *consult. 1. num. 8. vers. sed quomodo. hæc traditio* Masfon. de *caus. exeg. limit. 12.* & alios communiter, Et patet ex *ead. decis. 269. p. 4. rec. tom. 2. n. 16. & seqq.* atque à me advertitur *dis. 18. n. 2. hæc eod. tit.* ubi ista æquitas perniciosa appellatur ob malos effectus, quos producit Reipublicæ præjudicialis, ut etiam advertitur *dis. 29. in Relat. Cur.* occasione agendi de Congregatione Vistationis Carceratorum.

6 **Quo** verò ad alteram inspectionem super taxa vel quantitate, omnino veritas videtur illam unius Julii esse omnino excessivam, & exorbitantem, quoniam prædicta æquitas, quæ exorbitat potius à Jure, aliud non habet fundamentum nisi illud consensu præcisè necessitati nature, & ne debitor ex pertinacia creditoris cogatur fame perire pro adimplimento impossibili, ad quod nemo tenetur; quoties tamen debitor offert id quod ex eius parte potest non solum per indicationem bonorum, sed etiam quia se offert facere ingominosum bonorum cessionem, quam creditor recipere recusat, & non alius; Et per consequens præstari debent illa alimenta, quæ sint præcisè necessaria ex necessitate nature, non autem ad congruentiam, vel delitiam, cum id omni juri, omnique æquitate adversetur, & sic in sola suppeditatione illius panis qui est necessarius, & sufficiens ad vitæ sustentationem juxta Oraculum Evangelii ubi *Porro unum est necessarium;* Et ad quem effectum sufficerent tres, vel ad summum quatuor solidi qualibet die, ut agnoscat idem indicere maleque regulatæ pietatis professor Scannar. in *ejus. tract. de vultu. Carcerator. lib. 3. §. 5. c. 1. n. 18.*

7 **Comprobatur** id non solum à prædicta ratione, ut sufficiat satisfacere necessitati nature, sed etiam à perlicite legibus adjacentium, ac aliorum Principatum que attendi debeat in iis casibus, in quibus non habeatur expressa lex propria, & particularis ex relatis *dis. 35. mem. 48. de Judic.* ac etiam comprobatur ab ipso usu ejusdem Curie comprobato à ratione.

Attendendo siquidem leges, tam adjacentium, quam aliorum Principatum, habemus primo pragmaticam Regni Neapolitani *sub tit. de Carcerib. pragm. 5.* per quam disponitur quod alimenta quæ per creditores debitoribus suppeditanda sunt, consistere debeant in duabus libris Panis, ibique doctissimus Rovit. advertit hanc Pragmaticam desumptam esse ex dispositione juris communis in d. l. Judices *Cod. de Ep. aud. ubi* habetur quod Carceratis ministrantur duo vel tres libelli ibidem panis, ut Glof. ibidem explicat.

In Civitate Lucen. vigore Statuti 129. l. 1. debitori præstatur pro alimentis à creditoribus sibi bononum unus, qui vix sufficiat ad solam panem, ut refertur Zuccar. *dec. Lucen. 22.*

In Regno Castellæ per illas leges registratas per Bazcam in *tract. de inop. debis. in prim. & Valac. de priv. paup. p. 1. qu. 39. n. 39.* decernitur denarii decem, & aqua.

In catalonia decernuntur denarii decem, & octo popularibus, militibus autem unum regale, ut per Fontanel. de *claus. cl. 4. gl. 18. p. 4. n. 34.* cum perlicite similibus, quæ cum aliquo majori otio perquiri possent.

Comprobat etiam praxis ipsius Curie in pauperibus Carceratis Criminalibus, quibus loca Pæa suppeditant alimentum in unico, vel duobus Panibus, & Aqua, ut per Scannar. de *vultu. l. 3. §. 5. c. 2. n. 12. qui in c. 1. n. 11. ex Angel. in l. minime *Cod. de appell. advertit item quod hæc alimentum, utpotē ad præcisam necessitatem nature, mereque subsidiaria in pane, & aqua præstanda sunt; Ideoque non videtur qui nam auctoritati, vel rationi innititur iste usus præstandi unum Julium, unde resultant inconvencientia Reipublicæ præjudicialia à me jam observata locis citatis nempe *dis. 29. in Relat. Cur. & dis. 118. hoc tit.***

Si etenim pro congrua sustentatione Sacerdotis, qui cum decore Dignitatis, & ordinis Clericalis debet vivere, & vestire, ac etiam habere domum ad habitandum, reputatur sufficiens unus Julius quolibet die non videtur quomodo inopi Carcerato, qui ejus culpa in eo statu se redigit per creditorem contra antiquarum legum dispositionem, & contra ipsum naturalem discursum, & rationem, eadem quantitas debeat suppeditari.

Operarii Vinearum, & agrorum, qui à mane usque ad vesperam sodiunt, vel arant, vel alias nimium laborant, parum plus, quam panem, & aquam habent, adeo ut vix medium Julium consumant; Igitur omni rationi adversum est, ut hujusmodi perditio homines, qui otiosi vivunt in Carceribus debeant melius tractari, quam isti Operarii.

Quando sub Alex. VII. de ann. 1657. Petitis in Urbe crastabatur, unde oportebat recludere in propriis domibus tanquam in Carcere familias suspensas artificum, & aliorum de populo minuto, vel mediocri, qui non habent de proprio, eis suppeditabantur de publico alimenta ad rationem medii Julii pro qualibet persona, quoniam reputata fuit sufficiens provisio ad necessariam sustentationem, & tamen agebatur de Carceratis innocentibus; Igitur multo magis in Carceratis est culposus.

Potissimè quia ex elemosynis, vel ex industria personali semper solent aliquid plus obtinere, ac etiam aliquid de proprio, cum vix detur adeo mendicis, qui de proprio, vel à conjunctis, quando fruent, & malicia non exuberent aliquando non habeat sustentationem, atque moraliter impossibile videtur reducere ad praxim, quod debitor sit omnino pauper, & mendicus, & quod sine dolo debita contraxerit.

Atque si majores antiquitates revolvere velimus, quando iuxta ænequos mores Romanorum, ac leges 12. Tabularum debitor dicebatur Servi creditorum, vel ab illis etiam sub privato Carcere detinebatur, ex eadem lege victus consistebat in una libra panis, ut etiam testatur Oratius, & alii relati per eundem Scannar. ubi sup. & per consequens consideratis auctoritatibus, & rationibus, ipsoque humano discursu, prorsus improbabili remanet iste usus nutritivus calumniarum, & trustrarum cum magno Reipublicæ præjudicio, & commercii detrimento; Ita dando ansam perditis hominibus contrahendi debita præter eorum vires animo truffandi creditores sub hac fiducia, potissimè dum à Carceribus possunt se liberare, cedendo bonis.

Die 4. Januar. 1677. Habita desuper Congregatione Reformationis iuxta præmissa prodixit resolutio, hæc scilicet alimenta non deberi debitori doloso, vel calumnioso, vel per creditorem æque pauperem, atque in illis casibus, in quibus debeantur, abolendam esse dictam uniformem taxam unius Julii, sed deberi ad præcisam necessitatem nature, abique tamen taxa uniformi, sed arbitrio Congregationis Vistationis non autem solius Præsidis, qui solum declaratus fuit exequutor. Decretorum d. Congregationis, quia nempe aliquibus debitoribus pro eorum qualitate sufficiat suppeditare ad præfatam præcisam necessitatem nature solum panem, & aquam aliis vero, aliquid plus iuxta eorum gratiam, complexione, aliisque circumstantiis; Quodque inhibitiones concedi solite eidem debitoribus, qui relaxati fuerint à carceribus non bonæ præstationem alimentorum afficiant solum illos, qui fuerint legitime citati, non autem alios; Atque licet ad formam Reformationis Pauli V. probatio paupertatis per testes foret per te citata requiratur, ubi agatur de summa excedente quinquaginta scutos, ubi verò infra sufficiat fides Parochi, resolutum tamen fuit indistinctè dictam probationem per testes fieri debere, experientia docent, quod Parochi nimium faciles essent ad faciendas hujusmodi attestaciones, præsertim ob emolumentum unius Julii, dum testium examen sit gratis, Atque de his facta relatione per Governatorem tanquam caput, seu digniorem Congregationis Sanctissimæ, cuius beneplacito reservatum fuit, in iis præsertim, quæ dicte Reformationis

Reformationi Pauli V. adferantur, ipse omnia approbavit, sumque præstitit beneplacitum.

SENEN. PECUNIARIA PRO VINCENTIO FORTINO CUM FRANCISCO BALLATO, Eiusque Filiis.

Responsum ad causam extra Curiam.

An prohibitio testatoris alienandi, vel obligandi bona, impediatur creditoribus heredibus, ne super eis eorum iura experiri valeant, siue quale impedimentum præterit: Et incidenter de concursu creditorum possessoris fideicommissi, & filiorum eiusdem pro alimentis.

SUMMARIUM.

- 1 Adh. septies. De alimentis debitis descendentes in præiudicium creditorum. 2 Quomodo, & quando Consulenti auctoritati deservit debeat. 3 An valeat præceptum, ut creditoribus possessoris bonorum nullum ius queratur. 4 De stylo Curie in scribendo. 5 An valeat præceptum, ut creditoribus possessoris bonorum nullum ius queratur. 6 Quod in hoc procedendum sit cum distinctione casuum. 7 De casu in quo agatur de alienatione omnimoda. 8 De alienatione juris fideicommissarii ad vitam. 9 Non bene participantur Fiscus, & creditores. 10 Quare in Fisco dispositio attendatur. 11 De diversitate rationis in creditoribus. 12 Ut etiam isto casu dispositio valeat, & ad quid consideretur differentia. 13 Etiam alienatio ad vitam est vera alienatio. 14 De casu successione Monasterii. 15 Quid de alienatione in usufructu, vel incommoditate. 16 Datur cautela, per quam prohibitio evitetur favore creditorum. 17 De eodem in beneficiis, & feudis, ac bonis jurisdictionalibus.

D I S C. CLIV.

Cum in donatione, quam cum vinculo perpetui fideicommissi, Horatius Ballatus fecit de quibusdam bonis Joanni, & Francisco eius filijs, strictissimam fecisset prohibitionem eorumque alienationis, pignorationis, hypothecationis, locationis, & consiliumque alterius actus &c. adjecta ratione conservationis perpetuæ bonorum in agnatione, & genere vocato, annullatio alias actum, adeo ut nemo quantumcumque privilegiatus iura sua, directæ, vel indirectæ, movere, vel proponere possit, etiam super fructibus, & introitibus, vel super animalibus pro tempore subrogandis, ac melioramentis faciendis, quæ omnia eidem fideicommissio subiicere voluit, non prohibita divisione inter ipsos jam sequuta; Atque Franciscus unus ex dictis donariis adhuc vivens, & filios habens, aliqua debita contraxisset, & præsertim unum scutorum trium milium cum Vincentio Fortino.

Hinc ex parte dicti Vincentii, nulla facta mentione in notula transmissa, quod lis desuper penderet in abstracto desuper consultus fui; Ac propterea per quandam modum instructionis potius respondi, ut peteretur id quod infra concluditur, non laudando assumptum in eadem notula insinuatum, quod ista prohibitio resolveretur in consilium, ideoque non afficeret.

Ad mentes vero denique consultus fui præsupponendo in alia brevi notula transmissa, quod Rota Senensis, ubi causa pendebat, de duobus contra creditores motivaret; Primum nempe de punctualiter deductis apud Manzium consil. 111. fol. 2. super edito; Et secundo quod cum disponentis voluntas fuerit providendi filios, & familiam, poterant in eorum præiudicium fructus creditoribus assignari compatibiliter cum prohibitione iuxta meam instructionem, de qua infra.

Istud itaque posterius motivum, quod iudicium potius, quam defensorum esse supponebatur, respondi probabiliter habere, atque difficultatem interre ex rationibus, de quibus disc. 170. & 171. de Fideic. add. quas me retuli; Subjungendo tamen, quod istud motivum esset quidem confirmativum, non autem destructivum intentionis creditorum, ut scilicet fructibus bonorum detrahenda venirent solum vocatorum tanquam nepotum fideicommissitensis alimentis

moderata, & subsidiaria, quatenus aliunde illa non haberent ad instar eorum que habentur in dotibus constituendis puellis descendentes ad terminos *Aub. res que*, ad quantum instat cum sua proportione in masculorum alimentis proceditur ex pluries insinuatâ locis citatis ac etiam in sua sede sub tit. de Dot. & sub tit. de Feud. ad materiam Bulle Baronum; Non autem habenda esset ratio aliarum personarum, quibus dicta ratio non congrueret, ut d. disc. 170. de Fideic. dum ita consultum remanebat creditoribus in aliqua parte; In eo scilicet, quod prædictorum alimentorum metam fructus bonorum excederet.

Quatenus vero pertinet ad deducta in contrarium d. consil. 112. Manzii, Cum hic Auctor, ut supponebatur, ad requisitionem ipsius debitoris scripsisset in casu præciso quæstionis more Advocati, quamvis facti series ibi præsupposita aliquam contineat diversitatem ad præmissa contenta in prima notula, hinc primis dicebam nullam penitus rationem habendam esse de istis scribentis auctoritate, ut potè alterius Partis Advocati, nil obstante, quo ejus informatio de tempore disputationis in volumine registrata esset, cum id non faciat quin ea sit informatio Advocati alterius Partis, ut præsertim de cons. 5. Altogr. sen. vol. 2. jam de tempore disputationis habet edito, prædictum fuit in casu de quo disc. 1. de Feud. Et de cons. 2. 3. & 4. ejusd. eod. lib. 2. fuit prædictum in casu, de quo disc. 2. eod. lib. de Feud. cum plerique similibus.

Reductio siquidem informationum in volumen, ut jacent illarum qualitatem non alterat; Quinimò ubi etiam facti series aliquam contineret variationem, quæ non esset in substantia, sed in accidenti, puta in loco, vel in tempore, adhuc idem dicendum venit, quoties non doceatur, quod revera fuerit responsum in causa diversa, cum tunc intret monitum Franch. dec. 260. num. 5. & 6. cum concord. disc. 45. de iudic. ut inspicere debeat iudicium, quod potius in casu ambiguo aliquam facere videtur auctoritatem, cum sæpius litigantes malitiosè curent, suppressis, vel alteratis nominibus, & locis obtinere ad eorum oportunitatem responsa ab illis, qui proprios labores publicæ luci ædere profiteantur, affectando ut in adendo volumine inferantur, ut ita auctoritatem punctualem faciant.

Id autem in litigantibus continet, non commendabilem quidem, sed bene excusabilem diligentiam; Sed in ipsis Consulenti bus redoleat culpam nimium detestabilem, ut venialia responsa more Advocati, vel defensoris ad pecuniam, & requirentis oportunitatem data, præsent in voluminibus publicæ luci proferant; In iudicibus vero huiusmodi doctrinarum generi deferentibus, magnum continet errorem, ac inceptam manifestam, cum huiusmodi consilia, vel responsa quocumque nomine, sed vocabulo exornata sint, iuxta varium scriptorum genium, tanquam currentes Advocatorum inventiones, & non ultra, attendi debeant, & sic rationes, & auctoritates in eis deductæ potius debent attendi, & examinari.

Hoc itaque themate retento, examinandi scilicet ejusdem consultationis fundamenta eodem modo quo iuxta Curie stylium insinuatum in relatione Curie d. disc. 46. ac etiam in eadem relatione Italico idiomate c. 29. & 41. in dies prædicatur, respondendo informationibus Partis adversæ.

Cum pro ratione dubitanti præmitterentur fundamenta, quo per creditoribus, eodem more Scribentis ad opportunitatem partis deducuntur per Giovagn. cons. 31. lib. 2. Eis tamen non obstantibus contrarium concluditur ex auctoritate Baldi, quæ reputatur in materia magistratuum in *Aub. qui iurat. n. 60. C. de bon. auct. iudic. cum qua pertransit Alexan. cons. 23. n. 13. l. 1.* & sequuntur Bolognetus, cujus præsertim auctoritas magnificatur, ejus verba registrando in *l. filius familiaris §. dicit ff. de leg. 1. n. 83.* & seq. Peregr. cons. 49. lib. 3. & cons. 50. l. 4. quæ sunt auctoritates percutientes exclusionem, & non jus creditorum; In idem cumulando eundem Peregr. de iure Fisci, Clar. Paris. Mart. & aliorum ibid. relatos, percutientes exclusionem Fisci, etiam ad fructibus durante vita, vel iure fideicommissarii delinquentis, atque præsertim Jo. Bologn. ubi sup. in hoc proposito, Fiscum, & Creditores parificat, ut scilicet tunc huiusmodi prohibitio, etiam quoad fructus sperni possit, quando nullam continet alteram causam, quasi quod consilio, vel fraudi referenda veniat; Secus autem ubi expressam habet causam probabilem conservationis, & continue permanentis bonorum in agnatione, vel in genere vocato.

Respondi itaque quod omnia præmissa, & alia plene, & elaboratè deducta (ingenium, & laborem commendando) essent quidem vera, sed quod iuxta hujus facultatis

cultatis in forensibus penè genericam, & continuam, atque connaturalem consuetudinem, fallacia esset in applicatione ad casum quæstionis; Ac propterea, iuxta stylium, qui pro meo iudicio, vel genio videtur, nedum oportum, sed necessarium, advertebam reflectendum esse ad quamplurimum diversorum casuum distinctionem, ut iuxta eorum diversam qualitatem, & circumstantias, rationem, & auctoritatem, quæ in materia habentur, congrua fiat distributio, & applicatio, dum alias absque hac distinctione impossibile videtur evitare æquivoca, & errores, capiendos quid pro quo.

Plures itaque distinguendo casus; Eorum primus est, quando agitur de vera, & omnimoda bonorum perpetua alienatione, etiam in substantia, & in proprietate, quam creditores prohibiti facere intendunt mediant subhastatione, vel adjudicatione; Et isto casu, de quo proprie agunt Giovagn. tenendo partes creditorum d. cons. 31. l. 2. & Peregr. sustinendo contrarium d. cons. 49. lib. 3. & cons. 50. lib. 4. admittendam probabilis esse, ut contra creditores respondentem sit, pro observantia præcepti testatoris, quoties ab eo ordinatum fuerit fideicommissum, saltem conservatorium sit, pro observantia præcepti testatoris, adeo ut præceptum explicitum habeat rationem conservationis bonorum in familia, vel genere; Quinimò isto casu dicta ratio; quamvis non expressa adesse dicitur virtualis, & implicita quæ sufficit; Sed opus non erat istum punctum formiter examinare, cum creditores id non præstenderent; Ac propterea advertebam, quod præmissa, ac similes auctoritates essent extraneæ ad casum quæstionis, atque ab eo relecanda videtur dicta originalis, ac Magistratuum auctoritas Baldi, dum loquitur simpliciter de creditore immittere, quod ad proprietatis quædam distractionem est referibile cum præxi primi, & secundi Decreti, quæ tunc temporis erat in usu.

Alter casus est, ubi non petatur distractio, vel applicatio bonorum in proprietate, sed solum eorumdem bonorum alienatio, vel adjudicatio pro vita vel iure possessoris; Et quo casu etiam in dominio vel iure personali, & ad vitam practicabilis est alienatio per viam venditionis, aut donationis in solutum, sive donationis, & alterius tituli ex deductis disc. 30. & seq. de Regalib. disc. 1. de Empt. & Vend. disc. 74. de Servit. & alibi pluries, adeo ut salva remaneat proprietate pro successorebus ad fideicommissum vocatis, nullumque eis generetur præiudicium, quod solum sit ipsius possessoris.

Et tunc iste casus distinguendus venit in duos; Unum nempe in quo agatur cum Fisco tendente de lucro ex causa penalis confiscationis, pro delicto possessoris; Et alterum in quo agatur cum eisdem possessoris creditoribus, sive emptoribus ejus iuris, aut alias onerosam, & correspondivam causam foventibus; ac propterea advertebam æquivocari per aliquos ex supra allegatis, & præsertim per Joannem Bolognetum ubi sup. simpliciter, ac indefinitè parificantes Fiscum, & creditorem.

In primo igitur casu, in quo de huiusmodi præcepti efficacia, & operatione agatur cum Fisco pœnali ut supra; Tunc quidam aliqui dubitent ratione fraudis, cui huiusmodi prohibitionis speciem referunt, magis receptum est, ut huiusmodi dispositio, benignè, ac favorabiliter attendi debeat, atque observari, ideoque licet alias sub confiscatione veniant bona fideicommissi subiecta durante vita, vel iure possessoris delinquentis; Adhuc tamen id cessat, quando ista, vel æquipollens prohibitio addit, cum substituto locus aperiat ex relatis disc. 160. de Regal. n. 14. & disc. 13. de Legitim. in quibus locis habetur hujus assumpti ratio, ut scilicet huiusmodi dispositiones, non solum æquitatem contineant, sed favorabiles censendæ sint etiam quoad ipsum delinquentem, ac civiler morientem, cuius magis interit ad substitutos, quam ad Fiscum bona transitum facere; Adeo ut probabilis ibidem dicatur, ut huiusmodi prohibitio capiat etiam legitimam de sui natura liberam, his prohibitionibus, & oneribus non subiectam, eo quia non est onus, sed potius favor; Ad instar illius prohibitionis quæ fiat filio, ne patri usufructus quaratur; Ideoque auctoritates, quæ causam confusionis percutiunt, ex diversâ peculiari ratione non bene adaptantur ad alteram sequentem, in quo agatur de præiudicio creditorum, vel emptorum, seu aliorum causam onerosam, & correspondivam foventium.

In isto etenim casu æquitas favore substitutorum non affistit, sed potius resistit, non solum ob exclusionem foventium causam onerosam, & correspondivam ad favorem foventium causam lucrativam, quales sunt substituti; Sed

etiam quia quoad ipsum gravatum id continet verum odium, & gravamen, patiendo restrictionem libertatis disponendi de illis bonis, & iuribus, dum ita eis vivens privaretur; Et tamen adhuc molestiis creditorum, vel emptorum pro evisione, subiectus in persona, & in aliis bonis remanet; Junctis aliis ponderationibus, de quibus disc. 44. & in aliis de Feud. ad materiam Bulle Baronum, in proposito agendi de puncto, an præfata bulla favorabilis vel odiosa censenda sit, & præsertim, quod odium, & præiudicium libertatis publici commercii adesse quoque dicitur.

Et quamvis etiam isto casu, his non obstantibus, verius, magisq; receptum sit, ut cessant contraria lege, vel consuetudine, huiusmodi prohibitiones, quæ fideicommissum conservatorium, & penale continere dicuntur, validæ sint, & observandæ veniant, ob illam probabilem rationem, quod ille, qui rei sue legem adjecit, acadiere potuit, iustum habuerit motum conservationis, ac perpetuæ pertinentiæ bonorum in ejus sanguine, & descendencia, vel familia, seu alio genere vocato, stantibus nimis difficultatibus, quæ adesse solent recuperandi bona ita distracta ab extraneis possessoribus; Adhuc tamen notabilis est differentia inter unum casum, & alterum, magna consideratione digna, ad effectum interpretandi unam vel alteram dispositionem, quoties non sit omnino clara, & expressa, adeo ut inter interpretationis terminos cadat, ut prior casu benignè, & longè, in altero autem strictè, & rigorose procedendum sit; Ac etiam ut in hoc posteriori inter epicheja seu remedia, de quo infra, quoad fructus, & commoditates, non autem in priori, dum in posteriori dicitur adesse vera, & formalis alienatio per quam fideicommissarius possessor verè, tam de facto, quam de jure definit esse Dominus, & possessor, atque tam dominium, quam possessio transeat in extraneum contra vocum dispositionis, qui voluit bonorum conservationem, & perpetuam permanentiam in genere vocato.

Sub isto casu, hincque terminis retentis, quod scilicet agatur de vera, & formalis alienatione ipsorum bonorum in substantia, & proprietate, quamvis res solubilis per mortem, vel adventum conditionis, cum interim ille, in quem fit alienatio, sit verus Dominus, & possessor ex deductis d. disc. 3. de Empt. & Vend. disc. 174. de Fideic. etiam d. disc. 30. de Regalibus, cadit alter casus, in quo bona alienari prohibita de facto exeant à genere vocato, atque transeat ad extraneas manus, quamvis ex legis filio in eodem genere preferere dicantur; Ubi scilicet ille, qui bona prohibita jam possideat, fiat Religiosus professus in Religione, vel Monasterio capaci, vel quod eidem iam professio deferatur; Et tunc quamvis regula sit, ut professio non obstat retentioni, vel successioni, eo quia illa non tollit favorabiles qualitates naturales, atque Religiosus adhuc dicitur de illa familia, & sanguine, vel de genere vocata ex deductis in sua sede sub tit. de Fideicom. disc. 63. & seqq. Adhuc tamen, quando accedat ista voluntas conservationis, & perpetuæ permanentiæ bonorum in agnatione, vel genere quodque prohibitio percutiat etiam fructus, pro dispositionis observantia, & benigna interpretatione ad favorem secularium substitutorum, & respondentum probabilis veniat, quoniam verè, & de facto bona, non in familia, neque penes personam vocatam, sed potius penes Monasterium extraneum esse dicuntur, ut latius locis citatis advertitur.

Et quamvis isto casu adeo non urgeat supradictæ rationes, quæ urgent contra Fideicom, adhuc tamen earum aliqua saltem ad instar assistere videntur substitutis, atque resistere Monasterio, ob verè similem testatoris voluntatem; Ac etiam familiarum vel generis decorem, non resistente è converso illa ratione, quæ favore creditorum, vel aliorum foventium causam onerosam contra substitutos foventes causam lucrativam ut supra consideratur, dum ita monasterium causam lucrativam quoque fovere dicitur; Ideoque in pari causa ubi testatoris voluntas interpretationem admittat, ista substitutorum potius favore faciendâ videbatur ob presumptionem à verisimilitudine resultantem, adeo ut ille videatur casus mixtus, quæ de priori magis quam de posteriori participat.

Alter casus est, ubi facta non sit, vel per creditores non petatur vera, & formalis alienatio bonorum in substantia durante iure possessoris cum formali abdicacione dominii, & possessionis, tam de jure quam de facto; Id autem sequatur de facto, sed non de jure, puta quia in solo usufructu vel in sola commoditate alienatio facta sit, vel illa fieri petatur per creditores, quod isti iuxta frequentiorum

tiorem praxim immiffionem petant in remedio Salviani, vel in altero associationis, ad effectum sibi facisfaciendi de fructibus.

Et tunc in puncto juris intrat distinctio inter casum, quo procedatur per viam usufructus, & alterum in quo per viam simplicis commoditatis, vel facultatis percipiendi fructus, ex dicto remedio Salviani, ut scilicet priori casu sequi debeat alienatio prohibita, quoniam transferri dicitur jus; quod afficiat ipsius rei substantiam; Secus autem in altero, in quo, nec dominium, nec possessio rei transferretur, minisque aliquid jus constituitur, cum solum id importet nudum factum, atque resolvatur in mandatum, cuius iure creditor, vel emptor vice, ac nomina debitoris, seu venditoris fructus percipiat, eosque perceptos, atque ab ipsa proprietate separatos tanquam de bonis liberis, & indifferentibus debitoris sibi applicet adeo nec dominium, nec possessio a priori potestate abdicari dicantur, minisque in alterum transferri ex deductis disc. 61. 76. & 110. de Evad. disc. 44. de Emphy. disc. 148. de Dote, ac etiam disc. 68. & 59. de pensio. & alibi pluries; Ac propterea ad rem dicebam, quod ubi per creditores ista sola commoditas, atque simplex tenuta peteretur pro sola percipiendi fructuum, adhuc non diceretur esse in causa prohibitionis de stricta juris censura.

Sed quoniam hac distinctio inter usufructum, & commoditatem, sive inter jus & pactum, quoties detur translatio possessionis naturaliter, de facto in creditorem; qui tanquam dominus bona detinet, & administrat, atque fructus percipiat; Et alterum, in quo id agat nomine debitoris, continere videtur quodam legis figmentum, sive quandam metaphysicam idealitatem, cum ita de facto voluntas, ac desiderium disponens suum non forciatur effectum, quia bona de facto non existant, neque permanent in familia, vel genere, sed penes extraneum; Idcirco quando verborum hac amplitudo accedat, quodque etiam de pignoratione, ac de fructibus, & commoditate disponens inserit, probabilis videtur, ut etiam hanc speciem dicta prohibito complectatur, spectata substantia voluntatis disponens, sive considerato effectu, pariter quam iuris formalitatis; Idcirco quamvis satisfieret difficultati promotæ ex deductis d. consilii. 111. Marziti, ac propterea sufficeret dicere, quod omnes auctoritates, & rationes ibi deductæ istum casum non percutiant, sed quod potius, tam regulæ juris, quam auctoritates assistant creditoribus ut supra, adeo ut d. difficultas potius ex quodam naturali discursu provenire dicatur; Adhuc tamen eadem difficultas consideratio digna videbatur.

Ad hanc itaque difficultatem quoque removendam, quod quæ ex converso occurreret fraudibus, & collusionibus, quas contrahentes debita ultra vires, quibus carere sciunt, scribis assimilandi, committere fatagunt, præsertim ubi substituti sint proprii filii, sub eius potestate, & educatione continuantes, atque talem casum, de quo hoc eod. tit. disc. 118. & disc. 170. de Fideic. cum similibus eam adhibendam cautelam, seu dabant instructionem, ut scilicet nullatenus, etiam de facto remoto ipso possessore a bonorum possessione, ac etiam administratione, & quodam dominicali usu compatibili, Iudex interponat ejus nobile officium a creditoribus imploratum, ut custodem deputer, qui tanquam ejusdem possessionis colonus, & Minister ipsius administratione, & ingestione non prohibita, curet fructus percipi, atque poni in tuto ad dispositionem ejusdem Iudicis, qui distribuat primo scil. in alimoniam congruam filiorum, & quandoque ubi ratio nobilitatis, vel alia circumstantia exigat etiam ipsimet debitoris ad conservandum decorem generis, & familie juxta verisimilem disponens voluntatem, reliquum verò applicet creditoribus ut ita omnibus consultum remaneat, quia nempe evitentur fraudes, & collusiones, atque impleretur voluntas disponens discretè, & compatibiliter, cum aliis esset cautela, que daret animam delinquendi, & committendi dolum, & fraudem, qua nempe possessor hujusmodi bonorum tute possit contrahere debita, & aliena bona dissipare, atque securus a molestiis creditorum, continuare in fructu bonorum, quo nil absurdum, ideoque intrare videtur illa iniquitas; quam considerat Giovagnon. d. consilii. 31. n. 22. sive id quod generaliter habemus de infectione illarum dispositionum, per quas remittatur dolum de futuro, vel detur occasio delinquendi, & committendi fraudes.

Non videtur etenim strictior alienandi prohibitio, quam illa, quæ habetur in bonis Ecclesiæ ad terminos Extravag. 18. Ambit. vel illa, quæ in Statu Ecclesiastico habetur de bo-

nis jurisdictionalibus per Apostolicas Constitutiones, aut illa, quæ in utriusque Siciliæ Regnis habetur in Fendis ob illam Constitutionem, quæ incipit Constitutionem divæ memorie, quæ latius patet, quam prohibitio contenta in cap. Imperiale de prohib. feud. alienat. per Feder. sed hoc non prohibet quin creditores Episcopi, vel Rectoris Ecclesiæ, aut Feudatarii, seu Dominicilli implorare possint iudicis officium super dicta provisione in fructibus, quamvis nullum jus eis acquisivum sit, & competat in bonis; Ideoque idem dicendum est in isto casu.

ROMANA POSITIO NUM PRO JO: BAPTISTA SPINULA ARCHIEPISCOPO JANUEN. CUM COSTAGUTIS.

Responsum pro veritate.

An cedens, qui cessit iura talia qualia &c. cum protestatione nolle teneri ad aliquid, ad huc teneatur ad aliquos actus cessionario proficuos, & sine quibus cessio inutilis remaneret.

SUMMARIUM.

- 1 Adversus.
2 Cedens, quando teneatur prestare nomen verum, tam de facto quam de jure.
3 Cessio iurium talium quod non excludit factum proprium, & cedens teneatur respondere postionibus.

D I S C. CLI.

Præcedentes Costaguti consuevi debere ab hereditate Pauli, & Jo: Baptistæ de Serris notabilem pecuniarum summam scuto 24. m. cum interesse eorum iura ex ritu donationis cesserunt Spinulæ, cum expressa tamen declaratione, quod cessio fieret iurium talium qualium, adeo ut ad aliquam justificationem, vel exhibitionem scriberentur, & probationum, & aliquid quidem teneri debeant, sed solum teneantur de facto proprio, quodque dicta credita, & iura ab eis exacta non fuerint, neque alteri cessa; Cum autem cessionarios contra debitoris cessi hereditatem iacentem in Sacro Consilio Neapolitano, stante quod in eo Regno omnes effectus hereditarii, vel pro majori parte essent, Curator verò hereditatis dedisset quasdam positiones super quibus instetit responderi tam per cessionarium, quam per cedentes; Ipsi autem stante dicto pacto renuerunt respondere; quod impediabat cessionario causæ progressum; Hinc ex eisdem cessionarii parte consultus fui, an actionem haberet ad eos cogendum, si minus ad quanti interest &c.

Afirmativè respondi, non quidem ex motivo, cum quo alii desuper consulti in eodem sensu erant, quod scil. cedens, quamvis non teneatur prestare nomen cessum exigibile de facto teneatur tamen prestare verum, ac exigibile de jure, cum ista regula generaliter vera cesser, quoties dicta contraria protestatio accedat ex deductis sup. disc. 64. ubi de hac materia cum pluribus distinctionibus; Sed ex eo quod ageretur de facto proprio expressè promisso, quodque ab ipsomet cedente omnino dependebat, atque commode, & promptè præstari poterat, & ob cuius non prestationem inuicilis remanebat ulterior iudicii, & recuperationis prosequutio, ideoque cedens ita in dolo versari dicitur saltem præsumpto, præsumptaque collusione cum debitor cessio, ut ita eluderet, atque inanem redderet cessionem, cuius penituerit; Ideoque intrare dicebam conclusionem, de qua apud Merl. dec. 874. n. 5. Peuting. dec. 217. n. 2. dec. 18. n. fin. p. 11. rec. ut pro cessione iurium talium, qualium &c. non censeatur exclusum factum proprium, potissime ubi dolum vel fraudem adit vel adesse valeat, ut apud Cels. dec. 78. Ex ea præsertim circumstantia, quod inter positiones aderant aliquæ, respicientes factum, ac animum proprium ipsorum cedentium, nempe quod cessatio esset sub simulato contractu donationis, reverà tamen esset per speciem pacti quæ litis, vel pro certo minori pretio, ut ita excluderetur dispositio rest. in l. ab Anastasio, & l. per drosias C. man. de qua supra disc. 60. & 149. ideoque responsum nullatenus negari posse pro veritate dixi.

JANUEN. ESTIMI PRO CARDINALI GRIMALDO CUM JO: PETRO DE DECIMO.

Responsum cum sensu veritatis.

An hæres debitoris impedire possit creditori hereditario executionem bonorum hereditarium ob existentiam aliorum creditorum anteriorum, quorum credità adhuc certificata, & liquidata non fuerint.

SUMMARIUM.

- 1 Adversus.
2 Hæres justè se opponit creditoribus primo venientibus nisi caveant.
3 Solvens primo venientibus absque cautione malè solvit, & teneatur de proprio.
4 Quid ubi solutio fiat à Iudice, ipse autem negligat opponere.
5 Qualis sit melior species cautionis.
6 Creditores anteriores non possunt impedire posteriores ne exequantur, & subhastare faciant bona debitoris.
7 Neque possunt impedire ipsomet debitorum ne vendat.
8 Pecunia soluta cum cautione dicitur extare, & habetur pro non soluta.

D I S C. CXLVI.

Cum Jo: Jacobus Grimaldus administrasset bona Cardinalis Grimaldi absentis, ut potè residentis apud ejus Metropolitanam Ecclesiam Aquis, in Gallia, ilque obiisset non redditis rationibus relicto hærede Jo: Petro, inter istum, & Cardinalem discussis computis firmatum fuit credito Cardinalis in libris 1506. ad quorum solutionem, salvo tamen inventarii beneficio dictus Jo: Petrus se obligavit; Cumque Cardinalis pro dicto credito peteret sibi concedi illud æstimum, de quo alibi hoc eod. tit. agit, se dictus hæres opposuit, prætedendo ad illius concessionem deveniri non debere ob existentiam aliorum creditorum anteriorum, vel potiorum, quorum tamen credità adhuc certificata, & liquidata non erant, undè desuper ex parte Cardinalis consultus fui.

Responsum quod quando creditor peteret, ut ad normam text. in l. fin. C. de jur. deliber. sibi tanquam creditori primo venienti satisfieri deberet ex pretio bonorum hereditarium distrahendorum absque alia cautione, quam illa obligatio legalis, quæ resultat ex eadem lege eximere tam hæredem beneficiatum, quam emptorem a molestiis creditorum, quamvis anteriorum, vel potiorum, quibus adversus creditores dimissis actione reservat; Et tunc iusta, & rationalis esset oppositio, quam ubi etiam ipse hæres de stricto jure facere non posset, admittere deberet Iudex ex officio, quinimò etiam nemine opponente illam facere ex rationibus, & inconvenientibus ponderatis sup. disc. 57. hoc tit. quoniam ita per creditores minus idoneos, seu aliàs impossibilibus, vel difficilibus coactionibus, colludentes cum hærede, sive nimium diligentes, de facili ipsulari possent creditores anteriores, & potiores minus diligentes, vel ratione absentis, aut alterius impediendi ignari mortis debitoris, vel aliàs excusabiles.

Ac propterea licentia tradita per dictum textum hæredi beneficiato, solvendi creditoribus, & legatariis primo venientibus, justè, ac rationaliter ex sensu Glof. & Bart. ibid. cum quibus aliis magis communiter pertranseunt, restricta, seu moderata fuit, ut intelligenda veniat, quatenus hereditas sit notoriè idonea, quod ratio ad praxim est reducibile; Secus autem ubi aliorum creditorum existentia, atque hereditatis insufficientia suspicio haberi valeat, cum tunc teneatur exigere cautiones idoneas de restituendo prioribus, & potioribus, si minus tenebitur de proprio ad iteratam solutionem intra vires hereditatis perinde, ac si illa facta creditoribus posterioribus non esset sequuta, inventarii beneficio non suffragante ex infinita eod. disc. 57. & magis ex proposito disc. 25. de Hæred. & alibi.

Et quamvis ista conclusio procedat in hærede voluntariè solvente, in quibus terminis Doctores loquuntur, ac propterea cadere valeat dubium, quid dicendum sit, ubi solutio sequatur de mandato Iudicis, & mediante subhastatione bonorum hærede beneficiato negativè solum se habente, atque de hujusmodi cautionis præstatione, opponere negligente, quod fortiter dicitur adhuc occasio Card. de Luca Lib. VIII.

non dedit, nihilominus aliud est an hæres sit negligens, & dictæ pena subiacet, aliud verò, an volens bene suum minus explere hanc oppositionem facere valeat, quoniam quidquid sit de priori casu, iste posterior videtur in dubitatus, quoniam cum ex relatis locis supracitatis, & magis ex proposito disc. 26. hoc eod. tit. & alibi, hæres beneficiatus dicatur quidam administrator legalis hereditatis, quæ ita fingitur jacere, adeo ut ipse Curatoris personam, & vices gerere dicatur, ita sequitur, ut non improbabili prætendi possit ipsum teneri debere de illa culpa in omittendo, seu negligentia, de qua tutores, & curatores, alique legales administratores tenentur, ex iis, quæ in terminis Curatoris, vel administratoris patrimonii positi sub concursu habentur aliis relatis pluries apud Salgad. in labr. cred. præfert. l. 3. c. 8. Ideoque hæres rectè dicere potest nolle se huic periculo exponere, sed se in tuto ponere, Et per consequens oppositio justè, beneque fundata dicenda est, quamvis Creditores, de quibus timeatur, adhuc essent incerti, & illiquidi juxta questionem disputatam per Fanuc. de lrv. q. 242. num. 137. & Flores de mena l. 1. q. 6. §. 2. num. 21. apud quos alii, quoniam si sufficit loca suspicio, vel possibilitas, quamvis adhuc nulli certi detecti essent, multo magis sufficere debent certi, detecti, quamvis adhuc non omnino certi, neque liquidi, dum ut infra, eorum existentia non impedit solutionem, sed solum causat cautelam, adeo ut non intret suspicio calumnie, de qua pariter infra.

Sed quoniam creditor non solum offerebat cautionem fidejussoriam, super cuius idoneitate adhuc dubium frequenter superesse praxim docet, adeo ut fragilis, & non omnino tuta cautela reputetur, cum frequenter illi, qui apparent, atque existimantur divites, & idonei, pauperes, minisque idonei esse soleant, & præsertim negotiatores, qui ut advertitur pluries hoc eod. tit. & sub altero de Camb. & alibi, quo magis se agnoscunt de coactionis proximis, eo magis idoneitatis, ac divitiarum ostentationem affectare solent; sed offerebat cautionem magis tutam, enunciata disc. 141. hoc tit. & pluries sub tit. de feud. ad materiam Bulle Baronum, occasione praxim Congregationis Baronum, & sub tit. de Regal. occasione agendi de locis montium vincularis investendi pecuniam in illas comperas Sancti Georgii, quæ sunt idem ac loca Montium Urbis, cum hoc vinculo succedente loco cautionis melioris; Hinc dicebam absolutum remanere, ut ista oppositio injusta, malèque fundata esset, cum ipse oppositor illud jus, vel interesse non haberet, nisi illud cautè ita adimpletæ, & per consequens cessato hoc interesse, non est audiendus ex regula, quod non habens interesse; non auditur, de qua disc. 17. de iudic. & alibi.

Si etiam ex deductis præsertim disc. 40. de iudic. num. 4. etiam ipsomet creditores anteriores, quantumvis certi, & liquidi, quinimò etiam detentores, onorum iure pignoris impedire non possent posteriores, quin curent exequi, & subhastari facere bona communis debitoris ad effectum, ut pretium exinde retrahendum per Iudicem repartitur inter creditores juxta eorum ordinem, dum ipsi in pecunia, non autem in specie esset satisfaciendum, quoniam non intret illa ratio, vel æquitas inanis circuitus, ac inani sumptuum, quæ consideratur eodem disc. 40. num. 55. multo minus id impedire poterit hæres beneficiatus, qui repræsentat debitorem, sive est simplex administrator.

Quinimò neque ipsimet debitori creditores impedire possunt suorum bonorum pignorum distractionem quoties eorum cautela consultum sit ex relatis dictis disc. 141. in fin.

Alias etiam esset aperire latam viam fraudibus, & calumniis, quoniam hæres qui interim nolle privari commodum bonorum, ita affectatè suscitare posset in dies multos prætenfos creditores incertos, & illiquidos super quorum certificatione, & liquidatione cum consuetis calumniis, & subterfugiis longissimum tempus tenendum esset, creditores certos defatigando, quo nil absurdius.

Stante liquidem dicta cautione uno, vel altero modo præstita, solutio habetur pro non facta, adeo ut pecunia dicatur extare penes Iudicem, sive penes eum, cui soluta est præcario & ad nutum Iudicis, tanquam per speciem depositi, ut pluries hoc eod. tit. advertitur; Igitur omnino irrationalibus censenda est hæc oppositio, potissime ubi offeratur dicta melior species cautionis, per quam intertem pecunia sit fructifera, & non otiosa.

ROMANA SALVIANI PRO ISIDORO, ET ALIIS DE CACCIA CUM N.

Casus disputatus coram A. C. resolutus, ut infra.

De eadem materia, de qua supra disc. 36. An scilicet in bonis heredis gravati jus competat pro reintegratio- ne fideicommissi, & quomodo.

SUMMARIUM.

- 1 Adh. series.
2 De opinione, quam tenet Curia circa hypothecam legalem.
3 Quod ista sit hodie questio facti, & applicationis.
4 Quod dicatur adesse dolus hypothecae productivus.
5 De usu pecuniae in gravato, & ut in usufructuario.
6 De acquisitionibus factis per gravatum.
7 Quid in alienationibus, & extinctionibus censuum.
8 Quare etiam pro pecunia consumpta detur hypotheca.
9 De alienatione bonorum pro vita, & iure gravati.
10 Aliud est agere de obligatione reintegrandi, & aliud de hypotheca.
11 De peculiari ratione locorum montium.
12 Quando etiam in locis montium detur dolus.
13 De doli excusationibus.
14 Resolutio causae, & de eius ratione.

DISC. CLVII.

A DVERSUS fideicommissarios ex interdicto Salviani petentes immitti in Tribunali A. C. ad bona propria heredis gravati pro fideicommissi reintegratioe, Excipiebant Isidoro, & alii rei conventi, in quos idem gravatus ea distraxerat de defectu hypothecae, sine qua extra controversiam est hoc interdictum non competere ex insinuatibus disc. 44. de iud. Ad hujus igitur competentiae punctum disputatio restringitur; Scribens pro reis conventis, reasumendo ea, quae supra iam edito disc. 36. deducta habentur; Dicebam, quod praesupposita opinio (qualis qualis illa sit) cum qua hodie Romana Curia vivit, & procedit, ut scilicet eatenus competat hypotheca, quatenus alienationes, vel dispositiones, de quorum reintegratioe agatur, donec verum, vel presumptum redeant; Quamvis in proprio sensu non placeat, cum verius videatur, ut in ista moderna quaestione antiquioribus, ac mediis ignota, vel prior opinio Theof. & Cir. qui tanquam antesignani apud Moderniores habentur pro competentia; Vel posterior, quae Can. & Merl. de sign. tribuitur pro non competentia, simpliciter, ac indefinitè recipienda videatur ex ibi.

Ex hoc resultat, ut non iuris, sed nudi facti, & applicationis ista quaestio dici mereatur, ideoque intret idem adeo frequenter, sed semper utiliter, & oportune inculcatus error, procedendi cum regalis juris, vel cum doctrinis in abstracto, dum praesupposita praefata opinio distinguente, totus punctus est in applicatione quae regulanda est ex singulorum casuum particularibus circumstantiis, ex quibus resultat inspectio, an in una, vel in altera distinctionis parte verari dicamur.

Applicando itaque ad rem; In tribus bonorum speciebus ex parte Actorum praesupponebatur cadere dispositiones, pro quarum reintegratioe agebatur; Primò nempe in pecunia numerata, in haereditate reperta, sive ex nominibus debitorum obventa. Secundò in censibus haereditariis extinctis; Et tertio in quibusdam locis montium pariter haereditariis resignatis, & quae amplius non extabant ob eorum extractionem, vel suppressionem.

In prima, & secunda specie praefate opinionis distinguenti retento praesupposito, etiam cum sensu veritatis, dicebam nullatenus hypothecam legalem praetendi posse, prout Iudex in hac parte admittebat, quoniam dolus verus, vel presumptus, ex quo ista desumitur hypotheca, resultat à delicto, & ab actu illicito, qui nempe haeres gravatus oneris fideicommissi conscius, & non alius, bona restitutioni subiecta, citrà ejus potestatem, atque contra legis prohibitionem alienet; Undè manet adeo frequenter insinuata conclusio in sua sede sub tit. de fideic. & sub altero de leg. & detrad. & alibi, quod primae alienationes, in detractiones gravato competentes cedunt, atque electae censentur pro exclusione scilicet delicti, & actus illiciti; Et per consequens receptum est, conclusionem intrare in illis

alienibus, quae verè, & proprie tales dici mereantur, cum titulo scilicet translativo domini, vel ad summum (juxta unam opinionem) cum impositione census respectu tamen fundi censiti, & non alias non autem hypotheca, cum ista verè, & proprie non dicatur alienatio, nisi quando deducatur ad speciem, sive exercitium, & quod ad actum verè alienationis deveniat juxta distinctiones, de quibus disc. 25. de legitima & detrad. & supra disc. 13. 151. & alibi.

Ut per consequens in usu, & consumptione pecuniae, nihil illicitum, vel criminiosum adesse dicitur, cum verius extra controversiam sit, ut longè majus censendum veniat jus heredis gravati, quam usufructuarii, cum illo interim, donec fiat casus restitutionis, dicatur verus, ac perfectus dominus, quod de usufructuario dici non potest. Ac propterea si usufructuarius pecuniam ad ejus manus obventam, quamvis à censuum retrovenditione proveniat tanquam ab actu necessario non teneatur in alios census, vel bona stabilia investire, cum dicatur solum debitor generis obligati ad aequivalentiam, finito usufructu, ut in specie habetur disc. 56. de servit. Multo magis dicendum est in haerede gravato, qui longè majus jus habere dicitur.

Idque adeo verum, ut si de facto cessante praepropto testatoris pecuniam itam obventam investiat in alios census, vel bona, solum, non autem fideicommissariae haereditatis erit investitum; Nisi illud expresse cum bona tamen erit, ac jure illius administrationis, quam gravatus habere dicitur, ipsius fideicommissariae haereditatis nomine, atque ad ejus commodum illud fiat, ut eod. disc. 25. de legit. & alibi pluries.

Replicabatur per Scribentes pro actoribus, respectu praesertim pecuniarum obventarum ex censibus, quod dicendum non esset actus necessarius, sed potius, voluntarius redolens proinde illicitam alienationem ex eo, quod nulla praecessisset didicta juxta formam planè Constitutionis; Verùm erat leve obiectum, quoniam eatenus in censibus intrant termini verè alienationis prohibita, quatenus per viam cessionis translativae tanquam species, ipso censu adhuc vivo, & fructuum productivo alienentur juxta distinctionem inter cessionem translativam, & extinctivam, de qua in sua sede sub tit. de censib. ac etiam sup. hoc eod. tit. plurimo. Ubi verò processum sit per viam extinctionis, ut in ipso principali debitor incompatibilitatis ratione sequi dicitur, atque in hac facti specie verba expressè probant, tunc nil proflus referet didictam non praecessisse, quoniam ut in dicta sua sede sub tit. de censib. & alibi advertitur, illa necessaria est, credere volent, in cujus gratiam id est introducendum, ut ita competentem habeat terminum ad inveniendum novum investimentum; Sed si creditor huic didictae renunciet, sive quod sua non interfit quia debitor offerat etiam fructus bimestris, tunc illud spatium non est expectandum.

Dicebatur item, quod Ciriac. contr. 282. & Theof. jun. q. 84. lib. 2. loquantur etiam de pecunia; Verùm in nullatenus ad rem facere ad veritatem, quoniam ipsi bene loquuntur eorum praesupposito retento, quod scilicet generaliter, ac indefinitè ratione delicti, seu doli ob illicitam alienationem ex ratione legis administrationis hypotheca detur ad instar tutoris vel Curatoris, aut alterius cujus libet administratoris legalis, quoniam tunc abque bonorum distinctione attenduntur obligationes, quae administrationi insunt, quales sunt redditio rationum, & restitutio reliquas, sed punctus est quando ista opinio recipienda non sit, sed potius contraria, quae hanc hypothecam denegat, solumque per viam limitationis concedit ratione doli ut supra.

Quovèro ad loca montium; Cum non haberetur tenor resignationis factae in manibus Secretarii, sed solum ex partibus banci, vel alias appareret quod gravatus receperat pretium intrinsecum ad rationem scilicet scut. 99. pro quo libet, ex inde dicebatur argumentum libertate venditionis pleno jure; juxta sepius insinuatum propositionem, quod ex pretii quantitate desumatur quid in contractum deductum sit, quodque ita excluderetur id quod ego dicebam, quod scilicet gravatus fecisset ut quod licet fieri poterat alienando solum jus suum juxta illam speciem alienationis locorum montium vincularum de qua disc. 30. de regalib. & alibi.

Dicebam tamen, quod argumentum non bene concluderet, cum aliquando detur casus, quod vel ratione notabilis pretii intrinseci, vel ratione illius circumventionis, quae dari solet emptore, & venditore cum notabili alteratione justè pretii, etiam loca montium vincularum ad-

sola jure possessoris vendantur pro pretio penè adaequante valorem intrinsecum.

Ponderabam quomodo non disputari de obligatione reintegrandi fideicommissum ob ista loca montium amplius non extantia, & de quibus gravatus teneatur reddere rationes sed solum de dicta qualitate criminosa productiva hypothecae, non cum ipso debitor vel ejus haeres, sed cum tertio, & quod propterea cum Actorum intentio fundata esset in certis qualitate productiva limitationis regulae, eis incumbere non dicitur ubi vigeat contraria possibilitas; Atque ex hoc manet assumptum quod in iis quae sunt fundamentum intentionis non sufficit sola probatio praesumpta, juxta axiomata nimium nota insinuata disc. 22. & seq. de iudic. in materia probationum, & alibi.

Fortius verò ad eundem effectum exclusionis doli ratione subjectae materiae, quod scilicet ageretur de locis montium quorum omnimoda alienatio in alterum ex privata conventionione non datur, cum requiratur ut publicis officialibus ad id deputatus qualis in Urbe est secretarius, resignationem admittit; Atque ubi agitur de resignatione quae fiat per haereditem, ea practicae non est, nisi praecedat intestatio, seu translatio à persona defuncti ad illam haereditis, si quoque casu inspicitur titulus haereditarius an sit ab intestato vel ex testamento, quoniam priori casu translatio fieri solet libera, posteriori autem non nisi ad limites, & formam testamenti, & cum vinculis in eo contentis, quatenus adsint, ut in eadem propria locorum montium sede d. tit. de regal. pluries habetur.

Hinc inferèbam ad dilemma, quod aut translatio sequuta erat ex titulo testati, quia haeres testamenti ignorantiam haberet; Et tunc praetendi non poterat dolus, cujus praecipuum ac essentialia requisitum est scientia oneris fideicommissi; Aut erat ex testamento; Et tunc ex regula ut praesumendum sit in publico officiali, quod bene ejus officium expleat pro exclusione delicti, censendum est, quod in litteris translationis à defuncto in haereditem appo-neretur vinculum, & per consequens alienatio non nisi cum eo fieri poterit.

Unoque casu in hac bonorum specie in haerede alienante liberè verificabilis est dolus, quod scilicet malitiosè curaret decipere officialem, quia rectè concisus testamenti continentis fideicommissi vinculum, illo occultato curasset se declarari haereditem ab intestato, ut ita liberam translationem haberet, sed in dubio hujusmodi delicta praesumenda non sunt; Potissimè ubi sint fundamentum intentionis contra tertium ut supra.

Pro eadem exclusionè doli advertèbam adesse competentiam detractionum, in quarum causam alienationis referendae veniunt; Ac etiam quod quadam testamento verba alienandi facultatem praeserferri viderentur; Quamvis scribentes in contrarium pro Actoribus, forte probabilius, ut etiam Iudex credebat, ostendebat quod verba testamenti non concluderent id quod ex hac parte praetendebatur, quodque detraçtio Trebellianica esset tacite prohibita ob quadam verba, & argumenta; Attamen dicebam idem quod supra, quod scilicet non ageretur de debito reintegratiois in genere, ad quem effectum de ferendum esset ipsi declarationi super uno vel altero probabilius intellectu, ad effectum ut haeres debitor reintegratiois declaratur, sed agebatur ad dictum effectum doli, pro cuius exclusione sufficeret praedicta dubietas, seu praetensio non omnino calumniosa, & affectata, cum non teneatur haeres esse doctus Jurisconsultus, ac scire legales subtilitates, & formalitates dubias, & disputabiles, atque in eis induere personam Iudicis contra se ipsum, quoniam cum homines id quod sperant, de facili credant, praxis docet quod omnes litigantes, quamvis sinister sit litis eventus, credunt magnum foreve justitiam, eorumque preventiones esse solidas, beneque fundatas, ideoque ista credulitas sufficit ad exclusionem malitiae, & doli, à quibus, ut pragmatici pro eorum usu decreverunt, quilibet causa excusat etiam facta, & bestialis, solum alind est, ut non exeat in civilibus pro fine vel effectu burfali; Aliud verò ad effectum doli, & malitiae.

Quamvis autem omnia praedicta motiva singulariter, & de per se considerata, iuridica, & solida viderentur, attamen inspecta tota facti massa, reflectendo ad veritatem, Partibus pro stylo candidè ac libere insinuatum, videbatur quod dolus esset inexcusabilis ex eo quod de nimium pingui haereditate de facto nil superesset, eaque tota esset consumpta, & dissipata, unde loqueretur id quod pluries ad-

vertitur praesertim disc. 35. de iudic. circa pignorum opere mufivo, quod licet finguli lapides de per se nil demonstrent; Attamen simul juncti formant effugium.

Atque ex hoc motivo prodit resolutio pro Actoribus, quae mihi quamvis succumbenti probabilior vita est; Ideoque licet postmodum fuerit appellatum, consuli tamen, ut curari deberet honesta concordia, ut credo sequutum, cum amplius de causa actum non audierim, nisi muta veritè defensores, cum licentibus veritas displicere soleat, ideoque juxta dictum Apostoli, sibi querant magistros prurientes auribus; Potissimè verò quia ut advertitur supra eodem disc. 36. ista opinio distinguens mihi multum non aridet, atque probabilior videtur prima quae hanc legalem hypothecam concedit, dum species legalis, & necessariae administrationis esse videtur illa haereditis gravati.

ROMANA CONCURSUS PRO ADVOCATO CAROLO ORILIA CUM DIVERSIS.

Casus disputatus in Congregatione Baronum.

De concursu plurium creditorum, ex eadem causa, & praesertim Advocatorum, & Procuratorum, & co-pissarum, cuiusdam debeatur prolatum.

SUMMARIUM.

- 1 Adh. series.
2 De potestate advocatorum, & procuratorum in bonis recuperatis, vel defensis.
3 De potestate defensorum in causa criminali.
4 Declaratur quando, & quomodo procedat.
5 De potestate pro alimentis, & medicinis.
6 Inter aequales an praecipuum, & diligentè attendatur.
7 Inter eosdem potior est conditio possidentis.
8 Declaratur, & quando id non procedat.
9 An cautio de restituendo sit praestanda per creditorem omnibus potiorum.

DISC. CLVIII.

P Endente lite in Rota inter Marerios hincinde super quibusdam Cactris alisque bonis, in qua ego circa initia causae scripti fuisse seriem, de qua disc. 41. de feud. Colligentes querelam criminalem porrexerunt contra Baronem Tandredem de fallitate ibi enuntiatæ transactionis, ac curarunt eum per sicum inquiri de quodam homicidio, ac propterea per Iudicem criminalem carcerari; Quare cum juxta sty lum enuntiatum disc. 46. in relat. Cur. à me praesertim rigorosè servatum, distinctè sint Classes Advocatorum civilium, & criminalium; Idcirco Advocatus Carolus Orilia principalis professor in criminalibus auctor observationum ad resolutiones criminales Campanae, assumptus fuit ad defensionem, quam feliciter pertexit cum absolutoria ab homicidio, & cum remissione causae fallitatis ad Rot. Iudicem causae civilis juxta regulas de quibus disc. 71. & 81. de jurisdict. & in aliis ibid.

Deindeque, idem in civilibus quoque versatus, eandem causam in Rota prosecutus est, sed quoniam cliens ab hujusmodi molestiis oppressus, impotens effectus erat ad servandum sty lum eodem disc. 54. insinuatum nempe praesertim manualis honorariorum; Idcirco post plures rotales decisiones in causa proditas post dispositionem à me antedecenter habitam de qua disc. 41. de feud. Eaque terminata per concordiam praefatus Baro pro utroque civili, & criminali patrocinio plurium annorum spatio praesertim, se constituit debitorem advocati in scut. 600. idemque fecit cum Patrono causae civilis in Rota quoque ejus debitorum se constituto in scut. 400. & eundem alterius Advocati, qui aliquando scriperat in causa civilis, in scut. 50. & Co-pissarum in scutis 300. Cumque debitor solutionem negligenter Advocatus obtento mandato exequutivo ab A. C. illud praesentasset in Congreg. Baronum; Atque facta executione, factisque aliquibus subhaestationibus ejusdem tenuit, non reperto iusto oblatore, idem ad formam chirographi Urb. VIII. petere sibi ratam cadentem sui ejus credito adjudicari; In hoc statu eandem Congreg. adierunt praefati tres alii creditores praetendentes coaequalem concursum super eadem tenuta ratione aequalitatis crediti, tam in tempore, quia eadem die omnium iis debitorum constituit, quam etiam ratione identitatis causae, quae

neglecta diversitate temporum attendenda venit ex deductis supra disc. 3. & disc. 12. de reg. & sequis.

Assumpta itaque desuper disputatione, idem Advocatus, cum illo exacto labore, qui decebat in causa propria, post late reassumptam materiam potioritatis salarii vel honorarii Advocatorum, & Procuratorum, etiam adversarios anteriores ad terminos text. in l. interdum, ff. qui potior in pign. habebantur, de quibus apud Salg. in labyr. p. 3. c. 9. n. 18. & seq. Prat. obs. 65. Duran. decis. 53. n. 8. alioque modernos, praeterim hispanos frequentes; Quod tamen inanein continebat evagationem extra causae necessitatem, vel oportunitatem, dum concursus non erat cum aliis creditoribus indifferentibus, sed cum aliis, quibus idem competeret privilegium.

Assumpit quoque opus, probandi ejus potioritatem, ob qualitate causa criminalis, utpotè magis privilegiata, ex eo quod concerneret vitam, & famam, ac etiam bonam, quorum publicatio, etiam pro criminibus privatis in hoc principatu est in usu, quodque propter Advocatis, & Procuratoribus causae civilis praerferri deberet, desuper cumulando quamplures auctoritates relatas per ab eodem allegatum Acoft. de priv. cred. in praef. ad regul. 2. num. 1.

Cumque me requisisset ad scribendum pro eo, super hoc motivo potioritatis ratione qualitate causa magis privilegiatae, habebam difficultatem eidem insinuatam, ut motivum non esset sustentabile pro toto credito, sed ad summum pro aliqua parte, quoniam cum tota summa esset pro honorario trium causarum, duarum scilicet criminalium ut supra, & civilis; Quatenus pertinet ad illam ratam, quae cadebat sub causa civilis, & quae majorem crediti partem constituebat ratione majoris durationis, majorumque functionum, ad quarum proportionem crediti repartitionem fieri debere dicebam, juxta regulas collectas per Cofi. in ejus tract. de part. & rat. omnium jus erat coequale, & per consequens motivum potioritatis non intrabat.

Minusque illud intrare dicebam respectu patrociniis causae criminalis pro homicidio, cum ea respicere posset personam, illaque bona, quae personam sequuntur, & quae jam per Inquisitum possiderentur quasi quod in eis intraret illa potioritas, quae pro alimentis, & medicinis, ac funerum expensis dari solet juxta decis. 51. Franch. ubi adden. Cypc. Latr. decis. 47. Rota apud Arguell. decis. 26. post Zacch. de obligat.

Id autem adaptabile non erat ad rem, dum Tenuta, super qua erat concursus, non possidebatur per Inquisitum, sed postmodum cum beneficio litis civilis, atque cum opera omnium concurrentium recuperata fuerat; Ideoque ad summum aliqua potioritas praerendi potuisset pro illa rata patrociniis, quae praerita fuerat in causa criminali falsitatis concordiae; dum ab illius veritate victoria pendebat, sed id quid modicum importabat, cum non fuerit actum de negotio principali in processu defensivo, in quo multae functiones defensorum sequi solent, sed tantum actum fuit de brevi puncto remissionis causa ad iudicem civilem juxta praxim de qua d. disc. 70. & 81. de jurisdict.

Scribendo itaque pro eodem Advocato, atque laudando, & approbando (ut decebat) deducta per elaboratum scriptorem in causa propria; In alio potioritatis motivo ordinis, ac diligentiae principale fundamentum constituebam, quod scilicet actio etiam inter concurrentes omnimoda aequalitate actiois, & privilegii ratione identitatis causae, adhuc tamen cum ille fuerit alius diligentior, atque pignus praetorium obtinuerit, in eopotioritatem obtinere deberet inter aequales, quamvis non adversus anteriores vel potiores; Porro ubi praeventio seu praeprocuratio non remaneat in terminis solius petitionis, vel contestationis litis quo casu aliqua subest ratio dubitandi, atque decisio ex circumstantiis facti, & diligentiam seu praeprocuratiois qualitate, prudenti arbitrio regulanda videtur; Sed ulterius processum esset ad obtentionem mandati ejusque executionem, & subhaftationem, adeo ut immineret adjudicatio ob defectum iustitiae, cum tunc ex magis communi sensu praeprocuratio istum operetur effectum juxta glof. quam omnes in id adducunt in l. inter eos, ff. de re judic. & aliis relatis habetur apud Perey. decis. 16. n. 2. Gait. de cred. in append. cap. 4. n. 126. & seq. & 133. Salg. in labyr. p. 1. c. 16. num. 49. Acoft. de priv. cred. in praef. ad regul. 5. n. 27. & seq. apud quos alii.

Atque ad idem conferre dicebam deducta supra disc. 1. n. 3. magis verò ad rem disc. 22. super potioritate possessoris adversus coequales non possidentes, cum difficultas in pignore quod possidebat, cadat adversus anteriores ex de-

ductis d. disc. 22. non autem inter aequales, in quibus id plano procedere videtur, ideoque si id procedit in pignore conventionali, multò magis dicendum est in judiciali, seu praetorio.

Difficultatem tamen mihi inferebat stylus Congr. exigendi a creditoribus quamvis primo comparantibus & diligentioribus in deliberatione pretii, non solum cautionem de restituendo anterioribus vel potioribus, quod efficit ut pecunia habeatur pro non soluta, sed per extanti ut pluries in praecedentibus advertitur, sed etiam de contribuendo coequalibus; Non potest etenim plus operari fictio quam veritas, neque initium debitorum quam finis, & effectivatio, ideoque si subhaftatio reperio oblato consummata fuisset, atque creditor obtinisset pretium, deberet contribuere cum aequalibus, multò magis dum res est integra; Nisi difficultas superari posset cum motivo de quo apud Prat. d. obs. 65. num. 26. quod scilicet Advocatus ad istam cautionem praestandam non teneatur ex eo quod sit certum ipsum esse potiorum; Quod tamen Congr. praestare non solet ut patet ex deduct. disc. 97. de feud. ubi de materia istius Congregationis.

ROMANA PECUNIARIA
SEU LEGATI
PRO ALOYSIO GREPPIO
CUM BERNIS.

Causa disputata coram Theaurario, credo concordatus.

An materiam text. in l. qui autem, ff. qui in fraud. cred. An scilicet, & quando possit, necne debitor non acquirere legatum, vel aliam dispositionem in praedictum ejus creditorum ad disc. 137. & 138. supra.

S U M M A R I U M.

1. *F*acti series.
2. *Q*uare non debeat attendi propositio deducta ex d. l. qui autem.
3. *D*e differentia inter hereditatem universalem, & legatam, seu legitimam.
4. *Q*uod idem dicendum sit hodie in hereditate universali, & de ratione.
5. *L*egatarius non tenetur ad onera ultra vires legati.
6. *D*e fraudibus, quas debitor committere solet.
7. *Q*uomodo in hoc iudicari debeat.
8. *D*e circumstantiis facti ob quas non intrat dispositio d. l. qui autem.
9. *D*e fraudibus committi solitis per conjunctos debitorum.
10. *D*e eodem de quo num. 7.

D I S C. CLIX.

Cum Artemius accessisset obligationi Petri de Bernis ad favorem Greppii, & Capilucchi, ob mortem autem d. Petri, & honorum occupationem a fideicommissi successores, ac etiam ad debitis anterioribus, illo praesertim Catarinae matris, ille molestias pateretur; Idcirco eadem Catarina decedens scriptis haeredibus aliis filiis, vel nepotibus ex eis mandavit, ut liberare deberent Artemium molestiis d. creditorum illos cum ejus bonis dimittingo; sed Artemius noluit hanc dispositionem acceptare, quinimo illam repudiare expressè professus est, atque hoc stante haeredes praetendebant nullum jus dictis Creditoribus competere ex eo quod non iporum, sed d. Artemii favore legati facti esset, ideoque intraret termini textum in leg. qui autem, ff. qui in fraud. cred. de quib. sup. disc. 137. & 138. & alibi.

Scribens itaque coram Theaurario pro Greppio uno ex dictis creditoribus, dicebam etiam in sensu veritatis, quod quando in iudicando (ut decreverit) procedendum esset discursivo, vel ratiocinativo modo, attendendo scilicet magis rationem seu finem legis, ejusque verisimilem intentionem adaptatam moribus currentibus generalibus vel particularibus regionis, nimium diversis ab illis qui vigeant de tempore quo dicta lex prodit; Sive magis adaptatis circumstantiis particularibus casus de quo agatur, & commissio etiam praesupposito in quo se fundabant defensores alterius partis, quod dicta dispositio testatrici directum legatum continere ad favorem Artemii debitoris; Adhuc tamen verius dicendum esset, ut non intraret propositio deducta ex dispositione d. text. in l. qui autem, ff. qui in fraud. cred. ut debitor possit non agnoscere ob differentiam considerari solitam per DD. inter legatum, & hereditatem, ex plenè de more, & elaboratè deductis in specie per Cyriac. contr. 47. relatum supra d. disc. 138.

Ubi

Ubi idem substituendo in legitima debitori delata, inter ipsam, & hereditatem universalem plures referentur differentiae, inter quas, tam respectu legitimae, quam etiam legatorum, vel fideicommissorum particularium, illa praesertim ad hunc effectum nimium considerabilis dignoscitur, circa transmissionem ad quoscumque extraneos haeredes lucrativam eamdem fontes, ideoque magis jus in eis acquiri videtur creditoribus, quibus ex causa onerosa, & correctiva affecta sunt omnia bona, & jura debitoris ab ipsis exercibilia jure censualium legalis mandati procura in rem propria ut pluries supra hoc eod. tit. & alibi advertitur.

Quinimò pro meo sensu, etiam in ipsamet testata, vel intestata successione universalis, idem hodie probabilis dici deberet, tam ad istum effectum, ut debitor non possit non agnoscere in praedictum creditorum, qui ejus renunciatione imò expressa repudiatione non obstant, possint hoc jus profectum, eodem modo quo receptum est in iuribus competentibus ex contractu, quam etiam ad effectum transmissionis, ubi non resistat contraria aequitas, juxta ponderationes de quibus disc. 15. de success. ab intest. cum evidens videatur aequivoque hodie procedere cum dispositione vel ratione d. textus in l. qui autem, & similibus juriurum Digest. & Cod. Quinimò Instinturum, & Authenticorum, antequam prodierit omnium novissima Justiniani lex in leg. fin. C. de jur. delictor. super introductione beneficii inventarii.

Attento siquidem antecedenti tempore, priusquam ista sequeretur introductio, inter legata, & fideicommissa, & hereditatem universalem aderat notabilis differentia, quae aliquam habebat probabilem rationem, quoniam Legatarius, vel fideicommissarius particularis antequam etiam, vel medio, seu novo jure attento, non subiacebat periculo, quod beneficium converteretur in maleficium, damnum de proprio, dum ultra emolumentum legati non tenebatur, ex iuribus, & auctoritatibus relatis per Rot. decis. 80. num. 15. par. 30. recent. & apud Hodiern. contr. 15.

Secus autem in hereditate directa, vel fideicommissaria universalis, quod postquam illa agnita erat, atque cessaverat beneficium anni ad deliberandum, haeres poterat esse in magno damno, & factura de proprio ratione confusionis omnium suorum jurium, ac etiam ratione obligationis in solidum ad omnia debita, & legata quamvis longe ultra vires; Unde rationabile non erat quod ipso invito vel supponere, huic damno creditores pro eorum jure ipsum exponere ac subicere deberent; Ideoque dispositio d. text. in l. qui autem, attento tempore in quo prodit, alicui probabilis rationi innixa erat.

Sed quoniam hodie istud periculum est sublatum, cum dicto beneficio Inventarii, per quod omnimodè indemnitati adentis remanet consultum circa praeservationem suorum jurium à quacumque confusione, ac etiam circa exemptionem à dicta obligatione ultra vires, adeo ut possit haeres esse in lucro in eo quod vires hereditariae excederent onera, nunquam verò in damno; Hinc proinde sequitur ut omni ratione, & aequitate ista propositio destituta remaneat ex cessante ratione, vel praesupposito, cui dicta legis dispositio innixa est; Multò igitur minus rationabilis est in legatis, & fideicommissis particularibus, adeo ut sit oneratum iniquitatis, & malignitatis, vel colusionum, & fraudum.

Ac propterea pluries practitari vidi quod hujusmodi deperditos debitorum, cum quibus introduci deberet antiqua praxis eos tradendi creditoribus dilaniando, vel in servitium, sive alias practicandis propositionem, ut qui non haberet in aere, suat in corpore, exponere solent eorum consensum, & voluntatem quodammodo ad haerentem publicam vulgò ad incantum pro iis qui meliores faciunt oblationes, in concursu nempe creditorum instantium pro agnitione hereditatis, vel fideicommissi, aut similis juris delati, & illorum quibus ob non agnitionem aperiretur vel respectivè accesserit; Ideoque nimia commendatione digna censenda sunt illa statuta per quae huic adeo rationabili propositioni derogatur ut praeteritum est statutum Januense.

Verum quia inolevit pessimus usus iudicandi, & procedendi cum quibusdam legalibus superfluitatibus, vel cum illis propositionibus, quae à manifesta antiquiorum simplicitate derivant, procedendi in aliqua rum legem littera, non reflectendo ad diversitatem temporum, & rationum, ac propterea assiduum istud opus contra tot auctoritates, & decisiones insinuatam sup. d. disc. 37. & seq. & alibi, non solum exauditis non fuisset, sed reportatum titulum, & attributum mihi dari solitum, procedendi cum ratiociniis,

Card. de Luca Lib. VIII.

& acuminibus, ac viri opinionum singularium; Idcirco solum insinuando d. contr. 47. Cyriac. principaliter insinuebam in cessante applicatione conclusionis ad factum, quod scilicet rivera non ageretur de legato directo praesato Artemio debitori in ejus gratiam, & favorem, unde ab ejus animo penderet illud acceptare, necne.

Spectata siquidem substantia voluntatis testatrix, quae magis quam formalitas verborum Notarii, attendi debet, haec dispositio verè, & proprie intellecta esset ad favorem creditorum, sive ad favorem, & exonerationem animae ejus filii defuncti principalis debitoris, ita dirigendo verba in dictum Artemium fideiussorem, denotando effectum consequativum ejus liberationis à molestiis, qui ita resulabat; Quinimò advertebam nimium probabile esse, ut eadem dispositio contineret potius quamdam speciem recognitionis bonae fidei, ac veritatis pro exoneratione conscientiae ejusdem testatrix.

Quando enim praesertim, ut in praesenti, agitur de negotiatoribus, quorum major vel notabilis pars assensu consistere solet in pecunia numerata, ac auro, & argento in gemmis, ac mobilibus pretiosis, & nominibus debitorum occultationi subiectis, de facili per uxores vel matres, & respectivè filios, alioque attententes fraudandi, & supplantari solent creditores, occultando hujusmodi bona commode occultabilia; Alia verò quae occultari non possunt cooperiendo cum fideicommissis, & cum dotibus matris, vel uxoris, sive cum donationibus contemplatione matrimonii, (ac similibus fraudolentis cautelis de quibus supra hoc eod. tit. pluries, & in proposito dotis confessatae plenè disc. 159. de dote, & alibi; Ac propterea, ita quoque fundentibus aliquibus facti circumstantiis, probabile erat, ut id sequatur effectus quia nempe eadem mater insimul cum aliis filiis, & defuncti debitoris respectivè fratribus in creditorum praedictum occultasset pecunias, & mobilia, & nomina debitorum, aliaque occultabilia, reliqua cooperiendo cum fideicommissis & respectivè cum ejusdem testatrix dote, moriens verò, atque aeterna salutis memor ita disposuerit pro exoneratione conscientiae; Vel ubi etiam hoc delictum supponendum non esset, intraret quoque ratio exonerationis conscientiae propriae recognitionis veritatis, quia nempe dictus Artemius ejus intuitu ac precibus se obligasset cum promissione relevationis; Aut demum pro exoneratione animae proprii filii.

Et per consequens, quod extraneis remaneret termini d. text. in l. qui autem, ob particulares controverfias casus circumstantias, ad quas in iudicando, & consuetudo principaliter, ac perpetuo reflectendum venit, semperque major detegitur frequenter inculcatus error, procedere cum generalitatibus in abstracto, ut supra.

Incertus autem remanet casus exitus cum post unicum informationem desuper datam, amplius de illa actum non audierim, vel quia defensores mutaverit, vel quia concordata fuerit, sed juxta praemissa mihi videbatur iudicari debere.

ANCONITANA PECUNIARIA
PRO JOSEPHO MARGONO

CUM DIVERSIS CREDITORIBUS.

Causa disputata coram A. C. seu Praelato deputato, incertus est exitus.

An & quando credentes socio, vel propositio actionem habeant contra consocium, vel contra praepponentem.

S U M M A R I U M.

1. *F*acti series.
2. *Q*uod iste sint materiae vel quaestiones potius facti, quam juris.
3. *A*n unus ex sociis possit exire à negotio non certioratis correspondentibus, & negotiatoribus.
4. *Q*uando debitum contractum per unum ex sociis, vel per institutores, afficit alios socios.
5. *A*n ille qui duo administrat negotia unum proprium, & alterum sociale, simpliciter contrahendo debita obliget negotium sociale.
6. *I*n dubio in causam propriam potius quam alienam contractum videtur.
7. *C*ontra actorem in dubio iudicandum.

DISC. CLX.

Cum Joseph cuidam fundaco mercium, ob eius absentiam, praeposisset quandam ejusdem Anconitanæ Civitatis negotiatorem, qui ibidem alium fundacum proprium filium mercium tenebat, & exercebat, istoque defuncto quamplures Correspondentes contra Josephum, ejusque merces actiones direxerint; Hinc devoluta causa ad curiam coram A. C. seu Prælato deputato, pro Josepho scripti ut sequitur, incertus autem est causa exitus, dum post hanc unicam informationem amplius de illa actum non audivi.

Dicebam itaque quod ista quæstiones pro meo iudicio sunt potius facti, quam juris, certam regulam generalem non recipientes cuiusque casui applicabilem, sed decidende veniunt ex singulorum casuum circumstantiis; Ideo erroneum videtur immorari in solis generalitatibus, vel in decisionibus, quæ in diversis casibus prodierint, bene tamen tam generalitates, quam decisiones attendi debent pro directione, seu lumine, ad effectum bene regulandi arbitrium pro congrua applicatione ad casum.

Pro ista igitur congrua applicatione plures casus distincte considerandi sunt, dum ita dignoscatur, quæ nam conclusiones, & auctoritates ad rem faciant, & quæ non.

Primus itaque casus est, quando plures tunc negotium sociale aperuerunt, cum omnium consuetis literis certificarioris, & oblatoris, & postquam illud per aliquod tempus exercuerunt, unus eorum exeat à negotio, ac propterea intret quæstio, an iste teneatur ad debita, quæ postmodum ab eodem negotio sociali per alios contracta fuerunt, atque bene decim fuit illi teneri, quoties per confimiles literas certificarioris, vel per publica edita in locis, in quibus aderant correspondentes, isti certificarioris non fuerint de hac dissolutione prioris societatis; Idque ex ea probabili ratione, quod correspondentes continuaverunt sequi fidem antiqui negotii, cui forte nomen illius, qui postea exiit, majorem fidem præbebat; Et hic est casus de quo agitur in celebri Rom. societatis de Rotignis, decisi. 131. par. 10. recent. & in aliis decisionibus in eadem causa editis, atque de isto casu agitur supra decisi. 77.

Alter casus est, ubi uni, eidemque negotio, quod prius per ejus dominum sub ejus nomine exercebatur, alter præponatur, qui illud sub eodem, antiquo nomine continuet tanquam focus, vel tanquam insitior, & complementarius, vel simplex administrator, adeo ut alterius negotii mixtura non adit; Et tunc intret quæstio de qua in Favent. coram Celso inter suas decisi. 2. & 11. atque proceditur cum distinctione an expressum fuerit nomen negotii: necne, ut primo casu ipsum negotium remaneat obligatum quamvis de versione non consistat; Ubi verò hæc expressio non adit, tunc inspicienda sit causa debiti, an scilicet concernat ea, quæ ad ipsum negotium de sui natura pertineant, & pariter teneantur; Aut est causa indifferens, quæ concernere potest negotia propria, & personalia illius qui debitum contraxit; Et tunc negotium sociale non teneatur, non consistit de versione.

Tertius est casus mixtus (qualis proprie videbatur casus præsentis controversiæ) quod scilicet exerceat quis negotium proprium, cuius occasione debita in pecunia, vel in mercibus contrahere solebat; ipseque solus, ac de per se consideratus reputatur mercator, postmodum verò eidem detur ab alio in administrationem, vel in gubernium aliud negotium separatum, quod regatur distinctum ab alio negotio proprio ipsius administratoris, atque per ipsum simpliciter, ac indeterminate contrahantur debita, non exprimentis, an in causam unius potius, quam alterius negotii contrahatur.

In isto autem casu mixto, quantum memoria suggerit, non habemus speciales decisiones ad istam quæstionem præcisè descendentes, quoniam considerant quidem DD. frequenter unam eandemque personam materialem exercentem plures rationes, vel plura diversa negotia, unum scilicet proprium, & particulare, & alterum cum sociorum mixtura, in eadem, vel in diversis Civitatibus, ac propterea tractant quæstionem potioritatis inter cujuslibet negotii creditores respectivè, ut scilicet illi, qui uni negotio crediderunt, in illius bonis, & effectibus præferantur aliis creditoribus anterioribus, & potioribus alterius negotii, vel patrimonii ejusdem debitoris, juxta materiam text. in l. Procuratoris, ff. de tribut. ad. cum concord. per Merlin. de pign. l. 4. tit. 1. qu. 13. & Salg. in labyr. par. 1. c. 9. & 10. Rocc. in notab. de soc. Mercat. notab. 81. cum plur. seqq. at-

que de ista quæstione cum plurium casuum distinctione agitur supra disc. 117. Sed quod sciam, non descenditur ad istum casum.

Cum itaque versaremur in casu mixto, ac fortè pro mea noticia novo; Hinc sequi dicebam, quod nisi per actorem doceretur de limitatione, huic parti assisteret regula, quod scilicet ubi quid duplicem gerit personam, unam propriam, & alteram socialem, seu insitioriam, aut administratoriã; tunc contractus simpliciter gestus, nullo expressio nomine, vel persona, censetur gestus nomine proprio, atque in causam negotii, vel patrimonii proprii, quoties non consistet de versione, vel de causa, quæ potius alteri negotio sociali, vel administratorio conveniat, ex deduct. per Grat. dec. 178. Mant. de tacit. l. 6. tit. 22. n. 5. decisi. 183. n. 1. par. 7. recent. latè dec. 332. n. 18. & seqq. par. 10. & admittitur apud Cels. d. decisi. 2. & 11. Et nihilominus sufficere dicebam id ex his reddi dubium, ut in dubio contra actores volentes experiri cum Sempronio illud debita, quod contraxerunt cum Titio, sit judicandum ex vulgari axiomate Civilit. in l. actor, & Canonist. in c. in presentiam, &c. cum notissimis, de quibus disc. 22. de judic. & alibi sapius.

LUCANA PECUNIARIA PRO A. ORSUCCIO CUM B. LOMMORO.

Responsum extra Curiam.

An & quando procedat conclusio sive assumptum, ut focus non possit à socio conveniri in solidum, & ultra quam, &c.

SUMMARIUM.

- 1 De privilegio socii, ut non possit conveniri in solidum.
2 De Statuto Lucano, ut debitor non audiatur non facta solutione.
3 Quod in hac materia sit procedendum cum distinctione casuum.
4 De casu societatis.
5 De societate particulari, quæ equipollet univ. fal.
6 De alia specie societatis particulari.
7 De usu non admittente hoc beneficium.
8 Quare usus nimium attendendus veniat.
9 Non intrat hoc beneficium favore dolosi, vel culpofi.
10 Quando non sit vera societas, sed participatio.
11 De societate implicita in contractu irano.
12 De limitatione conclusionis, de qua n. 1. ubi adest obligatio solvendi totum.
13 Quod attendi debeat ratio favoris publici.
14 Exteri non debent se ingerere in interpretatione statutorum localium.
15 De reflexionibus habendis super Statuto, de quo num. 2.

DISC. CLXI.

Cum Lommoro negotiatori Orsuccius quandam pecuniam dedisset cum participatione lucri negotiationi taxati ad tot pro centenario juxta illam speciem contractus, de qua disc. 1. de usur. & in aliis eod. tit. Atque creditori pecuniam datam cum fructibus, vel usuris decursis repetere volenti, debitor obiceret de dispositione text. in l. Verum ff. pro Soc. cum concord. relatis per Castagn. in trad. de benef. deducto etc. q. 13. & Scannar. de Visti. Carcer. l. 3. §. 7. c. 50. quod scilicet socius à consocio in solidum, & ultra quam, &c. conveniri non possit; Hinc ex parte creditoris in causa pendent coram Magistratibus Reipublicæ Lucensis committens litigantium patris, super hoc puncto consultus fui; & Actum super altero puncto super intelligentia Statuti Lucani disponentis, ut inter negotiatores debitor audiri non valeat, nisi prævia solutione, atque ubi vulgò dicitur senza pagheria; & rationabiliter quidem pro negotii, & commercii libertate, ac facilitate eodem modo, quo in materia assecurationis pluries hoc eodem tit. advertitur.

Desuper autem Italico idiomate (juxta petita) respondendo; Quatenus pertinet ad primum punctum dicti privilegii, quod ratione socialis qualitatis competere per debitorem prætendebatur; Dicebam idem, quod ad id frequenter, fortèque cum nausea semper tamen utiliter, & oportune dicendi est consuetudo, erroneum scilicet esse cum generalitatibus in abstracto procedere, cum in hoc etiam puncto, ut fortè generaliter in omnibus aliis fori quæstionibus hodie contingit, recedendum sit cum diversorum casuum, vel societatis specierum distinctione, cum à facto potius, quam à jure decido pendere videatur.

Pri-

Prima itaque est species societatis universalis, tam vitæ, quam bonorum, adeo ut inter socios non detur distinctio mei, & tui; Et tunc rarus videtur casus istius quæstionis, quoniam societate durante, ut præmissum est, inter eos non datur debitum, & creditum, dum id sequi solet occasione diversionis, de cuius tempore debitum contrahitur, unde quando petitur, atque tempore, quo oritur quæstio, an debitor possit conveniri in solidum, necne, non adest amplius societas; Verum quando casus datur, ut cessata societate, ita adhuc durent ejus reliquæ, sive duret ratio ejus præexistentiæ, eo modo quo inter conjuges post solum matrimonium similibus, & tunc virius videtur, ut hoc beneficium intret, ex congrua ratione cujusdam fraternitatis, quæ inter hujusmodi socios, ita ad instar adoptionis, vel aragationis, iniri dicitur, & quæ majorem amorem, & animorum conjunctionem redolere videtur, quam sit fraternitas naturalis, in qua, vel obgeniorum diversitatem, vel ob quandam naturalem emulationem inter fratres, sive, quod, ut sæpe contingit, uxore viro fidem non servante, verè etiam diverfo semine geniti fuit, quamvis ex juris presumptione, de qua in vulgata l. miles, ejusdem patris filii censentur, & sæpe verificatur dicitur, quod vera concordia fratrum; Atque in hac specie DD. magis concordare videntur pro istius beneficii competentia.

Alteræ est species illius societatis, quæ de stricta juris censura particularis potius, quam universalis dici meretur, quia necne non sit omnium bonorum, & juris, adeo ut non verificetur prædicta circumstantia, quod inter eos non detur distinctio mei, & tui, ac debiti, & crediti; Sed sit societas talis, quæ in aliquo genere, vel universitate bonorum eadem vitæ communionem inducere videatur, sive eundem operetur effectum, qualis in præcedenti specie considerari solet, quod scilicet plures personæ materiales constituere dicantur unicum personam formalem, atque unicuique patrimonium, ut pro frequentiori contingentiã ista species communionis verificatur in fratribus, aliisque conjunctionibus, qui pro communi possideant bona paterna, & materna, aliorumque majorum cum quodam communione vitæ in eo genere, quamvis in aliis bonis quilibet agnoscat suum juxta plenè deduct. apud Arguel. dec. 51. & frequenter in aliis, acetiam sub diversis materiis sæpe advertitur.

Atque inter extraneos verificari frequenter solet in aliqua ratione bancaria, seu camporia, vel in aliquo negotio fundacali, & similibus; Et tunc licet aliqua major vigeat opinio quod distinctio ex collect. per Castagn. ubi supra; Adhuc tamen in illis quæ illud negotium sociale concernunt, quando fit talis qualitas, & naturæ, ut eadem adaptetur infinuata fraternitatis ratio, in qua punctus consistere videtur, & tunc probabilius est, ut idem dicendum sit, quoties juxta generalem regulam, ratio doli, vel fraudis istud beneficium cessare non faciat.

Tertia est species societatis merè accidentalis, & particularis, in aliquo negotio, adeo ut non intret dicta ratio fraternitatis, & communionis vitæ, sed tam de jure, quam de facto, in reliquis omnibus habeatur inter se tanquam diversi, & extranei, adhuc tamen adit illa re particulari explicita societas, ut (ex. gr.) pro frequentiori praxi contingit in iis qui infimul suscipiant aliquem appaltum, cuius focii dicuntur, vel aliquod prædium, sive aliquod faciat partium, cum similibus.

Istoque casu, cum nullatenus adaptetur dicta ratio fraternitatis, sive unionis duarum, vel plurium personarum materialium ad constituendam unam formalem, adeo ut sic intrare non videatur illa ratio reverentia, & honestatis, quæ in præcedentibus considerari potest; Et tunc recipienda veniat altera opinio, quæ inter socios particulares istud beneficium negat, quodque propterea, ita invicem pugnantes opiniones pro facti qualitate conciliari valeant, unde potius verè, quam contrarie censendæ sint, ut penè generaliter in omnibus aliis quæstionibus sequi videtur, quando cum debito discursu, non autem in litera ad auctoritatum applicationem reflectatur.

Ita etiam comprobante communi usu, quod scilicet inter hujusmodi negotiatores (quantum Tribunalium decisiones docent) istud beneficium practitari non videtur, quoniam si id verum esset, sequeretur quod coloni partiarii, vel sufficite tenentes animalia ad sociam, & similes, illo gaudere deberent, quod utique esset absurdum; Istaque consideratio praxis, vel usus nimium magnificienda videtur ex frequenter infinuata ratione sub diversis mate-

Card. de Luca Lib. VIII.

riis, quod leges civiles potius in ratione usus, quam ob auctoritatem legislatoris apud nos legum vim habent juxta legalem historiam pluries enunciata præsertim disc. 1. de vers. & advertitur disc. 35. de jud. ubi particulariter agitur de modo intelligendi, ac practicandi leges, & auctoritates.

Et ulterius observabam, quod non de facili detur iste casus in praxi in negotiis localibus, ob dilemma, quod aut damnum contingit à casu; Et tunc de natura societatis fit, ut commune non detur debitum, vel creditum unius erga alterum in eo quod damnum importat; Aut à culpa unius eorum, & tunc ista facit cessare hoc beneficium etiam inter eos, inter quos absolutum est intrare, ut occasione privilegii clericalis habetur supra disc. 119. & alibi.

Multò vero magis hoc beneficium denegandum videtur, quando non fit vera societas Appaltus, vel negotii, sed sola participatio utilium juxta distinctionem, de qua apud Otthob. dec. 40. cum aliis, disc. 27. de locat. & cond. & alibi.

Tertia demum ad rem est species Societatis implicitæ, & fictæ, vel subintellectæ à lege ad subintendendum contractum, atque excludendum usuræ delictum, qualis erat proprie casus controversiæ, quod scilicet reverè, & propriè spectata naturali veritate, unus detur alteri pecuniam sub lucro, vel sub usuris, Ex Juristarum autem, & moralium formalitatibus ab ipsis contrahentibus, ne quidem cogitatis subintelligatur ille contractus terinus, de quo disc. 1. de usur. & alibi; Et tunc reverè agi dicitur de sim. 12 plici credito, & debito certæ quantitatis ad cuius integram restitutionem debitor se obligat, ideoque intrat illa limitatio, quæ ex Franch. & aliis allegatis habetur relata per Castagn. ubi supra, quando scilicet focus se obligavit restituere totum.

Accedente quoque ratione favoris publicæ liberationis commercii, quodque aliàs multe fraudes committi possent per eos qui alienas pecunias suscipiunt ratificandas, cum ita ab hoc beneficio assecrati facilius, ac libentius eas dissipare possent luxuriando, vel alia malè agendo absque eo quod de dolo, vel culpa positiva convinci possent, ideoque pro meo iudicio etiam in sensu veritatis, chimerica videbatur ista præsentio.

Quo verò ad aliam inspectionem statuti localis, remissive me habui ad causæ Defensores in partibus ex pluries infinuata ratione, quod manifestus videatur error illorum qui diversa, ac remota Civitate, vel regione viventes, nullamque habentes praxim morum ac stytorum loci, & Tribunalium super localium, & particularium legum interpretatione cum propositionibus generalibus se ingerant, majorque videtur ineptia illorum, qui in loco Judicantes, vel Consultantes, in hujusmodi exteris auctoritatibus fundamentum constituunt, advertitur dicto disc. 35. de Judic. & alibi pluries, & præsertim disc. 161. de Regal.

Ad duo tamen in hoc proposito advertendum censui; Primò nempe ad id quod generaliter habetur eod. disc. 35. de jud. n. 20. & seqq. & in specie statutorum hujus Civitatis Lucensis disc. 10. n. 24. de legit. ut hæc statuta haberi potius debeant tanquam sui commune favorabile, & privilegiatum, non autem regulanda more statutorum Civitatum subditarum.

Et secundo quod cum ex collect. per Castagn. & Scann. ubi sup. in terminis juris communis ob aliquarum legum antinomiam; sub quæstione sit cum consuetâ opinione diversitate, an inter socios particulares istud beneficium intret, necne, ita statutum in ratione interpretativa potius, quam correctoria veniat attendendum juxta distinctionem, de qua eod. disc. 35. de jud. & alibi.

BONONIENSIS PECUNIARIA PRO JOANNE BAPTISTA VERONESIO CUM BONIFACIO ETIAM VERONESIO.

Causa disputata coram Prælato Judice Commissario, sub incerto exitu.

An, & quando creditor ex edito de his quæ in fraudem actionem habeat contra tertium possessorem bonorum debitoris titulo singulari translativo domini alienationis in eum factæ per debitorem; Et an contra eundem tertium exercibile sit iudicium exequitivum.

Q 4 SUM.